Hirudo nigra *Kirby*: in Linn. Trans. II. 317.

Polycelis nigra *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbellaria Nr. 7.

Var. α. brunnea. *Corpus* supra brunneum linea longitudinali nigra. Longit. 4 — 5‴; latit. 1‴.

Fasciola brunnea *Müller*: Verm. terrest. et fluviat. hist. 1. 2. 54.

Planaria brunnea *Müller*: Zool. Dan. prodrom. Nr. 2673. — *Gmelin*: Syst. nat. 3087. — *Johnston* l. s. c. 1822. II. 437 — 446. Tab. XLIX. 3 et 12. — *Baer*: in Act. Nat. Cur. XIII. Tab. XXXIII. 7.

Planaria paniculata *Dalyell*: Observ. on Planariae. 37 — 42. Fig. 6 et 7.

Var. β. viganensis. *Corpus* supra brunneum, subtus griseum. Longit. 8‴; latit. 1¾‴.

Planaria felina *Dalyell*: Observ. on Planariae. 42 — 85. Fig. 8.

Planaria cornuta *Johnston*: l. s. c. 1822. — *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 55.

Planaria viganensis *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XXI. 84. Tab. II. 23 — 25. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 552 in nota.

Habitaculum. In rivulis et lacubus; in Hollandia (*Trembley*) — Dania (*Müller* et *Oersted*) — Anglia (*Johnston* et *Dalyell*) — Gallia (*Dugés* et *des Moulin*) — Bavaria (*Schrank*) — Austria (*Dies.*).

** *Hygrobiae.*

2. Polycelis vaginuloides *DIESING.*

Corpus elongatum depressum, antrorsum acuminatum subtusque canaliculatum, supra convexum, subtus planum, retrorsum truncatum, fusco-aurantiacum, vitta mediana longitudinali fulgido-nigra utrinque attenuata et duabus lateralibus parallelis sulfureis nigrolimbatis. *Ocelli* anteriores regulariter, marginales irregulariter discreti. Longit. 2‴ 8‴; latit. 1¼‴.

Planaria vaginuloides *Darwin*: in Magaz of nat. hist. XIV. 244.

Habitaculum. Sub arboris caesae cortice in sylva prope Rio Janeiro, Junio (*Darwin*).

3. Polycelis pulla *DIESING.*

Corpus elongatum depressum, antrorsum acuminatum subtusque canaliculatum, supra ochraceum vitta angusta mediana

fusco-viridi corpori aequilonga, subtus fusco-viride, maculis duabus lateralibus (aperturis genitalibus). *Ocelli* antici regulariter discreti. Longit. ad 2″; latit. $1\frac{1}{4}'''$.

Planaria pulla *Darwin*: in Magaz. of nat. hist. XIV. 245.

Habitaculum. Sub lapidibus prope Monte Video et Maldonado, Junio et Augusto (*Darwin*).

4. Polycelis elegans *DIESING.*

Corpus elongatum depressum subaequale, annulis tribus distantibus cinctum, antrorsum parum attenuatum, supra niveum, lineis duabus medianis approximatis fusco-rubris et marginalibus concoloribus parallelis pictum, subtus album, pallide nigro-purpureo-marginatum. *Ocelli* antici regulariter discreti, marginales evanescentes. Longit. 1″; latit. $1\frac{1}{4}'''$.

Planaria elegans *Darwin*: in Mag. of nat. hist. XIV. 244.

Habitaculum. Sub cortice arboris caesae in silva prope Rio Janeiro, Junio (*Darwin*).

5. Polycelis tasmanica *DIESING.*

Corpus utrinque attenuatum supra fusco-flavum, linea mediana longitudinali brunnea pallide limbata, subtus album. *Ocelli* regulariter discreti utplurimum antici. Longit. ad $1\frac{1}{2}''$; latit....

Planaria Tasmanica *Darwin*: in Magaz. of nat. hist. XIV. 246.

Habitaculum. Sub arboribus caesis in Tasmaniae silvis, Februario frequens (*Darwin*).

6. Polycelis nigro-fusca *DIESING.*

Corpus plano-depressum utrinque acuminatum, supra fusco-brunneum, subtus pallidum. *Ocelli* antici regulariter discreti minimi, marginales in acervos 2—3 aggregati. Longit. 2″; latit. $3\frac{3}{4}'''$.

Planaria nigro-fusca *Darwin*: in Magaz. of nat. hist. XIV. 245.

Habitaculum. Sub lignis putridis prope Maldonado in republ. Uruguai, Majo (*Darwin*).

7. Polycelis pallida *DIESING.*

Corpus plano-depressum utrinque attenuatum, supra subtusque album, intraneis roseo-albo transparentibus. *Ocelli* antici dense conferti, marginales in acervos 2—3 aggregati. Longit. 3''; latit. $2\frac{1}{2}'''$.

Planaria pallida *Darwin*: in Magaz. of nat. hist. XIV. 245.

Habitaculum. In collibus circa Valparaiso sub lapidibus, Julio (*Darwin*).

Species inquirenda.

8. Polycelis bilinearis *DIESING.*

Corpus subcylindricum angustum, pallide luride-flavum longitudinaliter bivittatum, vittis ochraceis utrinque attenuatis convergentibus. *Ocelli* antici regulariter discreti. *Os*... Longit. $1\frac{1}{4}''$.

Planaria bilinearis *Darwin*: in Magaz. of nat. hist. XIV. 245.

Habitaculum. Sub lapidibus prope Monte Video et Maldonado, Junio et Augusto (*Darwin*).

VII. LEPTOPLANA *HEMPR.* et *EHRENB.*

Hirudo *Strom.* — Fasciola et Planaria *Müller.* — Polycelis et Prostichostomum *Quatrefages.*

Corpus planum dilatatum. *Caput* corpori continuum. *Os* superum. *Oesophagus* protractilis cylindricus (in omnibus?). *Ocelli* nigri numerosi in acervos 2—4 aut in lineas linealiter varie dispositi. *Aperturae* genitales subcentrales inferae, rarius subcentrales (in specie 6. et 7.). — Maricolae.

* *Ocellorum acervi duo.*

1. Leptoplana flexilis *DIESING.*

Corpus planum lanceolatum, antice rotundatum, cinereo-album. *Ocelli* in acervos duos distinctos aggregati. Long. $\frac{1}{2}''$.

Planaria flexilis *Dalyell*: Observ. on Planaria 5.—23. Tab. I. 1. 2. — *Johnston*: in *Loudon's* Magaz. of nat. hist. IX. 17.

Habitaculum. Ad littora Scotiae (*Dalyell*).

2. Leptoplana tigrina *DIESING.*

Corpus planum, subovatum retrorsum parum angustatum, albidum, supra punctis seu maculis minutis fuscis adspersum. *Ocelli* in acervos duos ellipticos dispositi, macula biloba nigra interjecta. Longit. ultra 1"; latit. ad $7\frac{1}{2}$'''.

Polycelis tigrinus *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VIII. 271. 272. Tab. VIII. 1. (animal.) 1. a. b. (syst. nerveum).

Habitaculum. Genuae in portu, haud raro (*Blanchard*).

3. Leptoplana pallida *DIESING.*

Corpus elongatum planum, marginibus sinuatum, antrorsum dilatatum, retrorsum angustatum, flavo-viridulum, macula dorsali elongata fusca. *Ocellorum* acervus utrinque longitudinaliter sublinearis, ocellis 15—20. Longit. 9—10'''; latit. 3—4'''.

Polycelis pallidus *Quatrefages* in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 133. Tab. III. 8. et 9. — 18. (Anatom.) Tab. V. 3. (Anatom.) Tab. VI. 1. et 10. — Tab. VII. 5. — 7. et Tab. VIII. 2. et 8. (Anatom.)

Habitaculum. Prope Milazzo in Sicilia, supra Fucum (*Quatrefages*).

4. Leptoplana modesta *DIESING.*

Corpus elongatum planum, pallide brunneum. *Ocellorum* acervi duo in formam lyrae dispositi, ocellis 30—35 in singulo acervo. Longit. 7—8'''; latit. 3—$3\frac{1}{2}$'''.

Polycelis modestus *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 133. 134. Tab. III. 11. Tab. VI. 3. (Anatom.)

Habitaculum. Ad Fucos Neapoli (*Quatrefages*).

5. Leptoplana subauriculata *DIESING.*

Corpus lanceolatum planum, antrorsum rotundatum v. subtruncatum, brunneo-flavum, supra albo-punctatum et radiatum. *Ocelli* in acervos duos distinctos aggregati. Long. $\frac{1}{2}$"; latit. 2'''.

Planaria subauriculata *Johnston*: in *Loudon's* Magaz. of nat. hist. IX. 16. Fig. xylograph. 2.

Habitaculum. Ad *Laminariam saccharinam* littorum Britanniae (*Johnston*).

6. Leptoplana elongata *DIESING.*

Corpus elongatum planum utraque extremitate rotundatum, marginibus sinuatum. *Ocelli* numerosi, alii semilunatim dispositi subterminales, alii in acervos duos medianos elongatos antrorsum in angulum convergentes aggregati. *Aperturae* genitales subcentrales. Longit. 12 — 14‴; latit. 3½‴.

Prosthiostomum elongatum *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 136. Tab. III. 12. 13. Tab. VII. 4. (Anatom.)

Habitaculum. Brehat, canal la Chambre (*Quatrefages*).

7. Leptoplana arcta *DIESING.*

Corpus elongatum planum, laete brunneum, margine praeprimis anteriore ciliis non vibrantibus obsito. *Ocelli* 10 magni semilunatim dispositi subterminales, minores 4 — 5 utrinque in acervum coaliti terminales, mediani magni utrinque 5 in lineam longitudinalem antice convergentem dispositi. *Aperturae* genitales subcentrales. Longit. 5—6‴; latit. ad 3‴.

Prosthiostomum arctum *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 135. 136. Tab. III. (ocellorum dispos.) Tab. VI. 4. 8. et 9. Tab. VII. 3. et Tab. VIII. 4. (Anatom.)

Habitaculum. Neapoli (*Quatrefages*).

** *Ocellorum acervi tres.*

8. Leptoplana pellucida *GRUBE.*

Corpus planum subellipticum antrorsum latius, margine saepissime crispatum, album. *Ocelli* in duas series longitudinales parallelas et serie transversali mediana dispositi. *Oesophagus* protractilis cylindricus. Longit. ad 1½‴; latit. antrorsum 8‴; retrorsum 4‴.

Leptoplana pellucida *Grube*: Actin. Echinod. u. Würmer d. Adriat. u. Mittelmeeres. 53. — 54. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidsask. IV. 570 in nota; ej. Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 48.

Habitaculum. Panormiae (*Grube*).

*** *Ocellorum acervi quatuor.*

9. Leptoplana hyalina *HEMPR.* et *EHRENB.*

Corpus planum medio turgidum, rufescens, antrorsum dilatatum retrorsum angustatum, marginibus hyalinis membranaceis subalatis. *Ocelli* circiter 28 in quatuor acervos contiguos distributi, quorum anteriores rariores et magis elongati, proxime inferiores magis coarctati. Longit. 7 — 9‴; latit. 1‴.

Leptoplana hyalina *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytozoa turbellaria N. 12. 1. Tab. V. 6. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 570. in nota; ej. Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 48.

Habitaculum. Inter Corallia ad Tor in mare rubro (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

10. Leptoplana atomata *OERSTED*

Corpus planum subovatum, retrorsum parum angustatum, supra fusco-maculatum subtus album. *Ocelli* acervorum anteriorum multo minores quam proxime inferiorum. *Penis* rectus rigidus stylo calcareo. Longit. 3 — 4‴; latit. 2‴.

Planaria punctata *Müller*: Zool. Dan. prodrom. 2706.

Planaria atomata *Müller?*: Zool. Dan. prodrom. 2706. et in Zool. Dan. I. 37. Tab. XXXII. 3. 4. — *Gmelin*: Syst. nat. 3091. — *Fleming*: in Edinb. Phil. Journ. VIII. 297.

Planaria atomata *Müller?*: — *Delle Chiaje*: Mem. sull. stor. etc. IV. 179. et 196.

Leptoplana atomata *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 569.; ej. Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 49. Tab. II. 20. (penis). — *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 146. — *Frey et Leukart*: Beitr. z. Kenntn. wirbellos. Thiere 149.

Habitaculum. In sinu Droebachiensi (*Müller*) — sinu Codano ad Algas florideas (*Oersted*) — Helgolandiae (*Frey* et *Leuckart*) — Britanniae (*Fleming*) — Neapoli? (*delle Chiaje*).

11. Leptoplana tremellaris *OERSTED.*

Corpus planum ellipticum, margine sinuatum supra cinereum disco flavescente, subtus albidum. *Ocelli* acervorum anteriorum longitudinaliter paralleli oblongi, proxime inferiorum minores rotundati in lineas duas transversim seriatim dispositi. *Penis* flexuosus, stylo calcareo. Long. 10 — 11‴; latit. 4 — 5‴.

Hirudo plana *Ström*: in Act. Nidr. IV. 365.

Fasciola tremellaris *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 72.

Planaria tremellaris *Müller*: Zool. Dan. prodrom. 2705. et: in Zool. Dan. I. 36. Tab. XXXII. 1. u. 2. — *Gmelin*: Syst. nat. 3094. — *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XV. 144. Tab. IV. 14. — *Grube*: Actin. Echinoderm. u. Würm. d. Adriat. u. Mittelmeeres. 52. — *Nordmann*: in *Lamarck* Anim. s. vert. 2. édit. III. 608. — *Thompson*: in Ann. and Magaz. of nat. hist. V. 247.

Leptoplana tremellaris *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 5. 69.; ej. Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 49.

Habitaculum. In sinu Christianensi, Augusto (*Müller*) — portu Hafniensi, Decembri (*Müller* et *Oersted*) — Gallia (*Dugés*) — Panormi (*Grube*) — Britannia (*Thompson*).

12. Leptoplana nigropunctata *OERSTED.*

Corpus planum elongato-ovatum, pallide fuscum, striis remotis intensius coloratis e linea media radiantibus, margine imprimis anteriore punctis numerosis nigris notato. *Ocelli* acervorum anteriorum oblongi, proxime inferiorum rotundati ejusdem magnitudinis. Longit. 5—6‴.

Leptoplana nigropunctata *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 569. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 49.

Habitaculum. In sinu Codano ad Kullen (*Oersted*).

13. Leptoplana laevigata *DIESING.*

Corpus planum antrorsum sensim dilatatum, retrorsum attenuatum, albo-viride, macula dorsali elliptica ferruginea. *Ocellorum* acervi quatuor confluentes, bini antici lineares antrorsum convergentes; ocellis numerosis minimis densis conflati, bini postici discreti cum anteriorum basi confluentes suborbiculares, ocellis majoribus 5—8 raris compositi. Long. 8—9‴; latit. 3—4‴.

Polycelis levigata *Quatrefages* in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 134. Tab. IV. II. II. a. (ocellor. disposit.) II. b (Anatom.) Tab. VI. 11. et Tab. VIII. 6. 9. et 10. (Anatom.)

Habitaculum. Prope Grainville, ad Fucos (*Quatrefages*).

14. Leptoplana fallax *DIESING.*

Corpus planum antrorsum sensim dilatatum, retrorsum attenuatum, albo-viride, macula dorsali elliptica ferruginea. *Ocelli* in acervos irregulares quatuor discretos aggregati, in quadran-

gulum dispositi, acervorum superiorum inaequales, 1—2 magnis, 6—7 minimis, acervorum proxime inferiorum 7—8 magni subaequales. Longit. 8—9‴; latit. 3—4‴.

Polycelis fallax *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 135. Tab. III. 10. Tab. VII. 1. et Tab. VIII. 1. et 7. (Anatom.)

Habitaculum. Prope Grainville, ad Fucos (*Quatrefages*).

Species inquirendae.

15. Leptoplana formosa *DIESING.*

Corpus planum, ovatum, supra purpureo-maculatum, vitta longitudinali mediana coccinea albo-limbata, antrorsum utrinque triramosa. *Os* superum bilabiatum. *Ocelli* numerosi in quatuor acervos aggregati, quorum duo oblongi ad apicem ramulorum, duo paralleli circulares supra ramulos. *Apertura* genitalis supra os. Longit. $\frac{1}{2}$″.

Planaria? formosa *Darwin*: in Magaz. of nat. hist. XIV. 247.

Habitaculum. Inter Corallinas e profunditate 30 orgyarum prope Tierra del Fuego, Decembri (*Darwin*).

16. Leptoplana lutea *OERSTED.*

Corpus planum ovale, luteum lineis caeruleis radiantibus. *Ocelli*... Longit. ultra 1″; latit. 4‴.

Planaria luteola *Delle Chiaje*: Mem. sull. stor. etc. III. 119. et 120. Tab. XXXV. 28.

Leptoplana? lutea *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 49.

Habitaculum. Prope Neapolim (*delle Chiaje*).

VIII. CENTROSTOMUM *DIESING.*

Planaria *Mertens* et *Darwin*. — Leptoplana? *Oersted.*

Corpus planum dilatatum. *Caput* corpori continuum. *Os* centrale orbiculare, oesophago protractili multilobo. *Ocellorum* acervi duo. *Aperturae* genitales retrorsum sitae. — Maricolae.

1. Centrostomum lichenoides *DIESING.*

Corpus planum subellipticum margine sinuosum, supra brunneum, lineolis marginalibus ternis nigris 8—10 biseria-

libus parallelis, limbo nigro-lineato, subtus luteo-album. *Ocelli* nigri in acervos duos distantes parallelos aggregati. *Oesophagus* 6—7-lobus, ultra corporis longitudinem protractilis. Longit. 2—3″; latit. ½—2″.

Planaria lichenoides *Mertens*: in Mém. de l'Acad. Imp. des sc. de St. Petersburg six. sér. sc. Mathém. Phys. et Nat. II. 1.—8. Tab. I. 1.—3. (et Anatom.)

Leptoplana? lichenoides *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 48.

Habitaculum. Ad insulam Sitcha (*Mertens*).

2. Centrostomum incisum *DIESING.*

Corpus planum late ellipticum, margine undulato, utraque extremitate antice profunde incisum, supra fusco-purpureo-reticulatum. *Os* subcentrale, oesophago plicato-sinuato protractili. *Ocelli* nigri in acervos duos aggregati, in utroque margine superiore. *Apertura* genitalis subbasilaris. Longit. 1″; latit. 4‴.

Planaria? incisa *Darwin*: Magas. of nat. hist. XIV. 248. Tab. V. 3.

Habitaculum. Ad Promontorium viride in sinu de St. Jago, Februario (*Darwin*).

IX. TYPHLOLEPTA *OERSTED.*

Corpus planum dilatatum. *Caput* corpori continuum. *Os* subcentrale inferum. *Oesophagus* . . . *Ocelli* nulli. — Maricolae.

1. Typhlolepta coeca *OERSTED.*

Corpus planum elongato-ovatum utrinque fere aequaliter rotundatum, supra pallide-rubrum, subtus albidum. Longit. 16‴.

Typhlolepta coeca *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 570.; ej. Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 50.

Habitaculum. In sinu Codano ad insulam Hoeen (*Oersted*).

2. Typhlolepta? retusa *DIESING.*

Corpus planum, ovato-oblongum, postice sinuato-retusum, margine undulatum, albidum. *Os* inferum. Longit. ad 3‴; latit. 1‴.

Planaria retusa *Viviani*: De phosphoresc. maris 13. Tab. III. 9. — 10.

Habitaculum. In mare ligustico prope St. Nazzaro (*Viviani*).

X. POLYCLADUS *BLANCHARD*.

Planaria *Darwin*.

Corpus depressum oblongum dilatatum. *Caput* corpori continuum. *Os* superum. *Oesophagus*... *Ocelli* nulli. *Apertura* genitalis mascula supra os. — Regionum humidarum subtropicarum incolae.

1. Polycladus Gayi *BLANCHARD*.

Corpus depressum oblongum, utrinque retrorsum tamen magis attenuatum, supra nigrum aurantiaco-marginatum, linea mediana alba longitudine corporis, subtus aurantiacum. Long. ad 3″; latit. ad 1″.

Polycladus Gayi *Blanchard*: in Gay Hist. de Chile. (Vers) Tab. III. I. a. — e. (et Anatom.) et: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VIII. 146. — 149.

Habitaculum. Prope Valdiviam in regno chilensi ad terram humidam (*Gay*).

2. Polycladus maculatus *DIESING*.

Corpus plano-depressum uniforme, margine tenui, supra nigrum, maculis oblongis irregularibus flavis, subtus albo- et nigro-maculatum. Longit. 1″ et 8‴; latit. $2\frac{1}{2}$‴.

Planaria maculata *Darwin*: in Magaz. of nat. hist. XIV. 246.

Habitaculum. In silva prope Valdiviam, Februario (*Darwin*).

3. Polycladus semilineatus *DIESING*.

Corpus supra convexum nigro-viride albo-punctatum, in superiore corporis medio vittae quatuor longitudinales parallelae fusco-flavae, mediae longiores, laterales abbreviatae, subtus plumbeum. Longit....

Planaria semilineata *Darwin*: in Magaz. of nat. hist. XIV. 246.

Habitaculum. In Americae austro-occidentalis Insula Chonos regione boreali capitis Tres Montes, sub lapidibus, Decembri (*Darwin*).

4. Polycladus Darwini *DIESING.*

Corpus elongatum, retrorsum obtuse-rotundatum, supra ochraceum linea mediana fusco-brunnea pallide marginata, subtus laete brunneum. Longit. 5″; latit. 5‴, contractum 1″ 5‴ long. ac $1\frac{1}{2}$‴ latum.

Planaria elongata *Darwin*: in Magaz. of nat. hist. XIV. 246.

Habitaculum. Cum praecedente ad Cap Tres Montes sub latitudine 46° 30′ Americae austro-occidentalis, in montibus silvaticis, sub ligno putrido, Decembri (*Darwin*).

XI. ? DIPLANARIA *DARWIN.*

Corpus planum dilatatum. *Caput* corpori continuum. *Os* duplex, unum subcentrale, alterum superum, utriusque oesophago protractili. *Ocelli* numerosi nigri, bini in ellipsin dispositi utrumque os cingentes. *Aperturae* genitales duplices inferae, femineae suprapositae.

1. Diplanaria notabilis *DARWIN.*

Corpus planum ovatum antrorsum dilatatum, pallide lateritium. Uterque oesophagus tubaeformis limbo sinuato plicato. Longit. ad $\frac{1}{2}$″; latit. ad 4‴.

Diplanaria notabilis *Darwin*: in Magaz. of nat. hist. XIV. 249. Tab. V. 4.

Habitaculum. In Archipelago Chonos Americae austro-occidentalis, inter lapides, Decembri (*Darwin*).

SUBTRIBUS II. CERIDEA. Tentacula duo, frontalia aut dorsalia, retractilia.

FAMILIA I. CEPHALOCERIDEAE. Tentacula frontalia.

XII. PLANARIA *MÜLLER.*

Hirudo *Linné.* — Fasciola et Planaria *Müller* ex parte. — Dendrocoelum *Oersted.*

Corpus dilatatum depressum v. planum. *Caput* corpori continuum tentaculis frontalibus duobus. *Os* centrale v. sub-

centrale inferum. *Oesophagus* protractilis cylindricus. *Ocelli* duo submarginales paralleli nigri. Aperturae genitales retrorsum sitae. — Aquarum dulcium incolae, rarissime maricolae, aut in humidis obviae.

* *Caput tentaculis majoribus.*

1. Planaria lactea *MÜLLER.*

Corpus planum elongatum antice emarginato-truncatum, postice acuminatum, album, roseum v. violaceum, medio macula lactea. Longit. $\frac{1}{2}$ — 1″; latit. 1 — $1\frac{1}{2}$‴.

Hirudo alba *Linné*: It. goth. 250. — *Kirby*: in *Linn.* Transact. II. 316.
Fasciola lactea *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 61.
Planaria lactea *Müller*: Zool. Dan. prodrom. N. 2687. et: in Zool. Dan. III. 47. Tab. CIX. 1. et 2. — *Gmelin*: Syst. nat. 3090. — Encycl. méth. (vers) Tab. LXXX. 27. et 28. (mediocr.). — *Schrank*: Fauna Boica III. 2. 167. — *Lamarck*: Anim. s. vertéb. III. 179. — *Johnston*: in Philosoph. Transact. of the Roy. Soc. of London. 1828. II. 437. — 446. Tab. XLIX. 4. 5. 11. 15. 17. (Anatom.) — *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 705. Tab. XXXIII. 1. et 2. — *Stewen's*: Elem. II. 355. et: in Edinb. Journ. Nat. and Geogr. Sc. III. 242. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLI. 212. et LVII. 578. Atlas (Apodes entomozaires?) Fig. 12. 12. a. b. c. — *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XV. 144. Tab. IV. 12. et 17. Tab. V. 4. a. 7. et 16. a. 24. — *Des Moulins*: in Act. de la soc. Linnennee de Bordeaux IV. 108. 135. et 135. — *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. 4. — *Nordmann*: in *Lamarck* Anim. s. verteb. 2 édit. III. 607. — *Schulze*: De Planariarum vivendi ratione 8. — 41. — *Siebold*: in Bericht über d. z. Bekanntmach. geeign. Verhandl. d. k. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1841. 83.; in *Froriep's* neu. Notiz. N. 380. 86. et: in L'Instit. 1841. 213.; in *Wiegmann's* Archiv 1842. 2. 337 (de globulis vitelli). — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 550. — *Heinr. Meckel*: in *Müller's* Arch. f. Phys. 1846. 1. (ad Anatom.)
Planaria alba *Turton*: Brit. Fauna 129.
Planaria Pallasii *Savigny*?: in Descript. de l'Egypte Atlas II. Tab. V. 7. — *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. l. c. 4.
Dendrocoelum lacteum *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 52.

Habitaculum. In paludosis frequens, in Dania (*Müller* et *Oersted*) — Gallia (*Dugés* et *des Moulins*) — Anglia (*Johnston*) — Borussia (*de Baer*, *Ehrenberg* et *Schulze*) — Bavaria (*Schrank*) — Austria (*Diesing.*)

Celeb. *O. F. Müller* in unico individuo candam in duos lobos acutos fissam (partitionem longitudinalem) primus vidit.

Var. α. vittata. *Corpus* planum elongatum angustum, antice sinuatum truncatum, tentaculis subnullis, postice angustatum obtusum, album. *Ocelli* a margine valde distantes. Longit. 5 — 6''; latit. $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$'''.

Planaria vitta *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XXI. 82. Tab. II. 19. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 552. in nota; ej. Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 55. in nota.

Habitaculum. Monspessuli in rivulis rapide fluentibus. (*Dugés*).

Var. β. crenata. *Corpus* planum ovato-oblongum, pallidum, margine crenulatum. Longit. $3\frac{1}{2}$'''; latit. $1\frac{1}{2}$'''.

Fasciola crenata *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 64. — *Gmelin*: Syst. nat. 3091. — *Fabricius*: in Köngel. Danske Videnskab. Selskabs. II. Tab. H. 1. — 3. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 550. in nota.

Habitaculum. In lacu vici Lyngbye, rara (*Müller* — *Fabricius*).

2. Planaria fusca *GMELIN.*

Corpus planum oblongo-lanceolatum, antice truncatum, postice attenuatum, fuscum nigro-venosum. Longit. 7 — 8''; latit. 2 — 3''.

Fasciola fusca *Pallas*: Spicil. Zool. fasc. X. 21. 22. Tab. I. 13. a b. — Templeton in Magaz. of nat. hist. IX. 239.

Planaria fusca *Gmelin*: Syst. nat. 3090. — *Lamarck*: Anim. s. vertéb. III. 179. — *Dugés*: Annal. des sc. nat. XV. 143. Tab. IV. 11. (cum icone Pallasii non convenit).

Planaria Arethusa *Dalyell*: Observ. on Planariae 85. — 114. Fig. 11—14.

Habitaculum. In aquis stagnantibus herbosis (*Pallas*) — Anglia (*Templeton*) — Gallia? (*Dugés*).

3. Planaria tentaculata *Gmelin.*

Corpus planum subellipticum antrorsum parum attenuatum, supra cinereum sordide brunneum v. brunneo-violaceum, subtus album v. cinereum. *Ocelli* in basi tentaculorum. Longit. 8 — 12'''; latit. 3 — 4'''.

Fasciola tentaculata *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 63.
Planaria tentaculata *Gmelin*: Syst. nat. 3091. — *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 705. Tab. XXXIII. 3. — *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. 4. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 550.

Habitaculum. In paludibus Daniae (*Müller*).

4. Planaria Ulvae *OERSTED.*

Corpus depressum, antice angustatum, postice truncatum, supra convexiusculum fusco-griseum, subtus planum albescens. Longit. $2\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{3}{4}'''$.

Planaria littoralis *Müller?*: Prodrom. Zool. Dan. 2691.
Planaria Ulvae *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tridssk. IV. 550.; ej. Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 53. Tab. I. 5.

Habitaculum. In sinu Codano, praesertim ad Ulvas (*Oersted*).

** *Caput tentaculis minoribus vel subnullis.*

5. Planaria maculata *LEIDY.*

Corpus antrorsum trapezoideum, retrorsum spathulatum v. ovatum, supra convexiusculum pallide nigrum v. brunneum maculis irregularibus decoloribus, subtus planum decoloratum. *Ocelli* reniformes approximati. Longit. $2\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{2}'''$.

Planaria maculata *Leidy*: in Proced. of the Acad. Nat. scien. Philadeph. et: in Magaz. of nat. hist. 1848. 78.

Habitaculum. In fossis ad plantas aquaticas, Philadelphiae (*Leidy*).

6. Planaria torva *MÜLLER.*

Corpus planum oblongum, antice obtuse-trilobum, postice acuminatum, supra cinereum v. nigrum, subtus albidum. *Ocellus* singulus limbo albo semilunari cinctus. Longit. 4—12'''; latit. 1—2'''.

Hirudo alpina *Dana*: in Mem. del real. Acad. del. Scienc. di Tor. III. 199. — *Braun*: System. Beschr. d. Egelart. 67. — *Moquin Tandon*: Monograph. des Hirudinées 141.
Fasciola torva *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 63.
Planaria torva *Müller*: Zool. Dan. prod. N. 2698. et: in Zool. Dan. III. 48. Tab. CIX. 5. 6. (bona). — *Gmelin*: System. nat. 3091. —

Schrank: Fauna Boica III. 2. 167. — *Bosc*: Hist. nat. des Vers I. 259. Tab. VIII. 9. (bona), et: in Nouv. Dict. d'hist. nat. XXVI. 535. Tab. G. 25. — XXVIII. 20. (male colorata.) — *Lamarck*: Animal. s. verteb. III. 179. — *Johnston*: in Philosoph. Transact. of the Roy. Soc. of London 1822. II. 437. — 446. Tab. XLIX. 2. 6. 8. 14. — *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 705. Tab. XXX. XIII. 4. — 6. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLI. 211. Atlas (Apodes Entomozoaires?) Fig. 11. — *Audonin*: in Dict. class. d'hist. nat. XIV. 11. — *Dugés*: in Annal. d. sc. nat. XXI. 81. — *Des Moulins*: in Act. de la soc. Linneenne de Bordeaux IV. 132. — *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. 4. — *Nordmann*: in *Lamarck* Anim. s. verteb. 2 édit. III. 607. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 551.; ej. Entw. ein. system. Einth. d. Plattw. 54.

Planaria subtentaculata *Draparnaud*. — *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XV. 144. Tab. IV. 13. 16. 18. 19. 22. 23. 24. - Tab. V. 14. — XXI. 81.

Habitaculum. In aquis Daniae (*Müller* et *Oersted*) — in Anglia (*Johnston*) — Gallia (*Dugés* et *des Moulins*) — Bavaria (*Schrank*) — Borussia (*Baer* et *Ehrenberg*) — Austria (*Diesing*).

Var. gonocephala. *Corpus* planum oblongum antrorsum obtuse-triangulare, retrorsum attenuatum, griseum. Longit. 11‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Planaria gonocephala *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XXI. 83. Tab. II. 22. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 552. in nota; ej. Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 55. in nota.

Habitaculum. In rivulis puris, Monspessuli (*Dugés*).

7. Planaria affinis *Oersted*.

Corpus depressum oblongum, antici obtusum, postice rotundatum, supra brunneum, subtus albidum. *Penis* acute conicus. Longit. 4‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Planaria affinis *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 551.; ej. Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 54.

Habitaculum. Inter lapides, prope litus Kallebodstrand in Dania (*Oersted*).

8. Planaria terrestris *Gmelin*.

Corpus sublineare, antrorsum angustatum truncatum, retrorsum rotundatum, supra convexum cinereum, subtus planiusculum album. *Ocellus* singulus in areola pallida. Longit. 6—8‴: latit. $\frac{2}{3}$ — $\frac{1}{2}$‴.

Fasciola terrestris *Müller*: Verm. terrest. et fluviat. hist. I. 2. 68.
Planaria terrestris *Gmelin*: Syst. nat. 3092. — *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XXI. 82. Tab. II. 18. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 552. in nota; ej. Entw. einer system. Eintb. d. Plattw. 55 in nota.

Habitaculum. In asseribus muscisque humidis, qua terram spectant, Septembri et Novembri in Dania (*Müller*); — prope Languedociam (*Dugés*).

9. Planaria longiceps *DUGÉS.*

Corpus sublineare planum, antice rotundatum, postice dilatatum truncatum, luteo-album. *Ocelli* approximati. Longit. 2".

Planaria longiceps *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XXI. 83. Tab. II. 21. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 554. in nota (Monocelis).

Habitaculum. In piscinis ad *Ulvam intestinalem*, frequens, Languedociae (*Dugés*).

XIII. PHAGOCATA *LEIDY.*

Planaria *Haldemann.*

Corpus oblongum plano-convexum. *Caput* corpori continuum tentaculis frontalibus duobus. *Os* inferum. *Oesophagus* protractilis multipartitus (proboscides multae *Leidy*). *Ocelli* duo. *Apertura* genitalis pone os. — Aquarum dulcium incolae.

1. Phagocata gracilis *LEIDY.*

Corpus lineari-oblongum, antice truncatum, postice angustatum, cinereo-nigrum. Longit. ad 9"; latit. 1".

Planaria gracilis *Haldemann*: Suppl. to Nr. 1. of a monograph. of the Limniades 3.
Phagocata gracilis *Leidy*: in Proc. Acad. nat. scien. Philad. et in Annal. and Magaz. of nat. hist. 1848. 242—245.

Habitaculum. In fontibus Pensylvaniae (*Haldemann* et *Leidy*).

XIV. EURYLEPTA *HEMPR. et EHRENB.*

Planaria *Müller*. — Proceros *Quatrefages*.

Corpus planum dilatatum. *Caput* corpori continuum, tentaculis duobus frontalibus. *Os* superum. *Oesophagus*... *Ocelli* numerosi nigri in acervum cervicalem aggregati... *Aperturae* genitales... — Maricolae.

1. Eurylepta praetexta *HEMPR. et EHRENB.*

Corpus supra cinereo-flavicans, subtilissime obscurius punctatum, marginis limbo tenuissimo albo, punctorum nigrorum serie interna, subtus pallidius. *Tentacula* brevia in media fronte contigui. Longit. $1\frac{1}{2}'''$.

Eurylepta praetexta *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. Nr. 11. 1. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 570. in nota; ej. Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 50.

Habitaculum. Inter Corallia maris rubri prope Tor (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

2. Eurylepta flavomarginata *HEMPR. et EHRENB.*

Corpus supra violaceo-fuliginosum, marginis linea extima hyalina, media aurantiaca, interna continua atra, subtus pallidius. *Tentacula* longiora magis discreta. Longit. $1-1\frac{1}{2}''$.

Eurylepta flavomarginata *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. Nr. 11. 2. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 570. in nota; ej. Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 50.

Habitaculum. Inter Corallia maris rubri ad insulas Ras et Gusr Arabicae meridionali finitimos (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

3. Eurylepta cornuta *HEMPR. et EHRENB.*

Corpus planum oblongum, margine undulatum, supra flavidum, subtus pallidum albo-punctatum. *Tentacula* longissima filiformia. Longit. $5-6'''$; latit. $1\frac{3}{4}-2'''$.

Planaria cornuta *Müller*: Zool. Dan. prodrom. 2681. et in Zool. Dan. I. 37. Tab. XXXII. 5 - 7. — *Gmelin*: Syst. nat. 3092. — *Johnston*: in Philosoph. Transact. of the Roy. soc. of London 1822. II. 437 — 446. Tab. XLIX. 1. 7. 9. 10. 13. 16. et 1825 II. 247 — 253. Tab. XVI. 1 — 2. et in *Loudon's*: Magaz. of nat. hist. V. 344. Fig. 79. —

Guerin: Iconograph. du Règne Anim. Zoophyt. Tab. XI. 4. (ic. Müller). — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidsk. IV. 570. in nota. — *W. Thompson*: in Ann. of nat. hist. XV. 320.

Planaria felina *Johnston*: l. s. c. 1835. II. 247. — 253. Tab. XVI. 3. – 5.

Eurylepta cornuta *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. 11. — *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 50.

Habitaculum. In sinubus littoris Christiansandensis, inter rupes Lynger, et in sinu Drobachiensi (*Müller*). — Bristolis (*Johnston*).

4. Eurylepta vittata *DIESING.*

Corpus planum ovatum, antrorsum dilatatum truncatum, medio in lobulum obtusum productum, retrorsum rotundatum, flavum fasciis concentricis interruptis nigris 10 – 12, centro album linea longitudinali mediana nigra, margine undulato-crispo albo cinctum. *Tentacula* subfalcata. Longit. $1\frac{1}{2}''$; latit. ad 1''.

Planaria vittata *Montagu*: in Transact. of Linnean societ. of London XI. 25. Tab. V. 3. — *Thompson*: in Annal. and Magaz. of nat. hist. V. 247.

Habitaculum. Inter *Spongiam tubulosam* Devonshire, Augusto (*Montagu*), in Anglia (*Thompson*).

5. Eurylepta Argus *DIESING.*

Corpus planum subellipticum, supra flavidum linea mediana, retrorsum aurantiacum, sparse albo-punctatum. *Tentacula* crassa brevia. *Ocelli* numerosi in superficie tentaculorum: acervi duo intra tentacula et duo elongati ad lineam medianam pone tentaculorum basin. Longit. ad 3''; latit. 1 — $1\frac{1}{2}''$.

Proceros argus *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 137. 138. Tab. III. 5. 6.

Habitaculum. Prope St. Malò, ad Fucos (*Quatrefages*).

6. Eurylepta sanguinolenta *DIESING.*

Corpus planum ellipticum, supra flavo-brunneum, margine lato coeruleo-cinereum. *Tentacula* brevia. *Ocelli* in acervos duos elongatos antrorsum convergentes dispositi. Longit. 8 — 10''; latit. 5 — 6''.

Proceros sanguinolentus *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 138. Tab. IV. 4. (Animal.) Tab. VI. 5. 7. et 13. — Tab. VIII. 3. (Anatom.)

Habitaculum. Prope St. Malo, ad Fucos (*Quatrefages*).

7. Eurylepta velutina *DIESING.*

Corpus planum oblongum, retrorsum angustatum, supra velutinum saturate nigro-violaceum, subtus pallide nigro-violaceum. *Tentacula* brevia. *Ocelli* numerosi in macula alba, in acervum aggregati. *Apertura* genitalis mascula supra os, feminea pone os sita. Longit. 15—20‴; latit. 6—9‴.

Proceros velutinus *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VIII. 273.—275. Tab. VIII. 2. a. et b. (Animal.) 2. c. (Anatom.)

Habitaculum. Genuae in portu (*Blanchard*).

Species inquirendae.

8. Eurylepta cristata *DIESING.*

Corpus planum subellipticum, albo-flavum, lineis longitudinalibus undulatis nigris subconcentrice parallelis utrinque quatuor, cum crista dorsali corporis fere longitudine. *Tentacula* longa. *Ocelli*... Longit. 12—14‴; latit. 4—5‴.

Proceros cristatus *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 139. Tab. III. 7.

Habitaculum. In rupium fissuris in maritimis prope St. Vast la Hougue (*Quatrefages*).

Euryleptae vittatae proxima videtur.

9. Eurylepta limbata *OERSTED.*

Corpus planum elongato-ellipticum, viride-album, marginibus linea alba et nigra cinctis. *Tentacula* brevia subterminalia. *Ocelli*... *Os*... Longit. 2″; latit. 10—11‴.

Planaria limbata *Leuckart*: in *Rüppell's* Atlas z. Reise im nördl. Africa 14. Tab. III. 4. a. b.

Eurylepta? limbata *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 50.

Habitaculum. Inter Corallia maris rubri prope Tor (*Rüppell*).

10. Eurylepta Zebra *DIESING.*

Corpus planum ovale, supra obscure violaceum irregulariter albo-maculatum, subtus luride violaceum, aurantiaco-marginatum. *Tentacula* subterminalia. *Ocelli*... *Os*... Longit. 1"; latit. 7'''.

Planaria Zebra *Leuckart*: in *Rüppell's* Atlas z. Reise im nördl. Africa 12. Tab. III. 1. a. et b.

Habitaculum. Inter Corallia maris rubri prope Tor (*Rüppell*).

11. Eurylepta oceanica *DIESING.*

Caput discretum, tentaculis duobus. *Corpus* planum subellipticum, pallidum, margine membranaceo crenulato. *Ocelli*.. *Cavum* quadrangulare pone cervicem, membrana cinctum, apertura dilatabili. *Os* subcentrale inferum, oesophago protractili multilobo. Longit. ad 3'''.

Planaria? oceanica *Darwin*: in Magaz. of nat. hist. XIV. 246. Tab. V. 1.

Habitaculum. In Oceano sub latitudine 5° australi et longitudine 33° occidentali Februario (*Darwin*).

12. Eurylepta auriculata *DIESING.*

Corpus oblongum depressum, antice truncatum, postice acutum, fusco-rubrum. *Tentacula* terminalia. *Ocelli*... *Os*... Longit. vix $1\frac{1}{2}$'''; latit. $\frac{1}{3}$'''.

Planaria auriculata *Müller*: Zool. Dan. II. Tab. LXVIII. 16. et 17. — *Gmelin*: Syst. nat. 3093. — *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 55.

Habitaculum. In aqua marina sinuum Norvegiae (*Müller*).

XV. THYSANOZOON *GRUBE.*

Planaria *Delle Chiaje* et *Risso*. — Stylochus *Diesing*. — Eolidiceros *Quatrefages*.

Corpus planum dilatatum, supra papillis longis obsessum, subtus laeve. *Caput* corpori continuum, tentaculis duobus auriculaeformibus in margine frontali resupinato. *Os* subcentrale. *Oesophagus* protractilis tubuliformis. *Ocelli* numerosi nigri. *Apertura* genitalis (?) dorsalis infera. — Maricolae.

1. Thysanozoon Diesingii *GRUBE.*

Corpus planum subellipticum utraque extremitate truncatum, rubro-brunneum, papillis subconicis obtusis griseis basi albidis nigro-punctatis v. nigro-lineatis obsessum, subtus album. *Tentacula* brevia. *Ocelli* 28—30 in sorum aggregati. Longit. ad $1\frac{1}{2}''$; latit. 9—10‴.

Planaria verrucosa *Delle Chiaje?*: Mem. sulla stor. e notom. IV. 180. et 197.

Stylochus? papillosus *Diesing*: in Nov. Act. Nat. Cur. XVIII. 1. 316.

Thysanozoon Diesingii *Grube*: Actin. Echinoderm. u. Würm. d. Adriat. u. Mittelmeeres 54. Fig. 9. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 570. in nota; ej. Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 47. — *Siebold* et *Stannius*: Lehrbuch d. vergleich. Anatom. I. 163. nota 2, (Anatom.)

Habitaculum. Panormi (*Grube*). — Ad palia balnearum *Angeli*, Tergesti legit amicus *Gloisner*, sed iconem solum benevole communicavit.

2. Thysanozoon tuberculatum *OERSTED.*

Corpus planum ellipticum antice sinuato-emarginatum, retrorsum angustatum, supra fuscum, linea mediana, papillis conicis apice albis capitellatis obsessum, subtus caerulescens. *Tentacula* magna. *Ocelli* in sorum aggregati. Longit. ad 2″; latit. ad 8‴ (secundum iconem).

Planaria tuberculata *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. III. 119. et 180. Tab. XXXV. 29. 30. — *Grube*: Actin. Echinod. u. Würm. d. Adriat. u. Mittelmeeres. 55.

Thysanozoon tuberculatum *Oersted*: Entw. einer system. Einth. der Plattw. 47.

Habitaculum. Inter Algas castri Luculli (*Delle Chiaje*).

3. Thysanozoon Dicquemaris *OERSTED.*

Corpus planum ellipticum, papillis longe conicis luteo-albis obsessum, subtus griseum. *Tentacula* subfalcata. *Ocelli* in sorum aggregati. Longit. 14‴.

Planaria Dicquemari *Risso*: Hist. nat. de l'Europe méridion. V. 263. — *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. Tab. CVIII. 1. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 570. in nota.

Thysanozoon Dicquemaris *Oersted*: Entw. einer system. Einth. der Plattw. 47.

Habitaculum. In mare mediterraneo inter lapides, Aprili (*Risso*).

4. Thysanozoon Fockei *DIESING.*

Corpus planum subellipticum, supra flavo-purpureum, papillis conicis purpureis tectum, subtus pallide flavum, reticulo aurantiaco. *Tentacula* subclavata, flavidula purpureo-maculata. *Ocellorum* acervus pone basin tentaculorum. Long. ad $\frac{1}{2}''$; lat. 2''.

Planaria ornata *Focke* in litt. — Icon: Zoograph. Ferdinandi I. Imperatoris.

Habitaculum. Ad littora maris adriatici, Tergesti (*Focke*).

5. Thysanozoon Brocchi *OERSTED.*

Corpus planum subellipticum, antrorsum dilatatum, retrorsum sensim angustatum, flavescens, margine late coeruleo-albo, papillis fusiformibus rubro-brunneis nigro-coeruleo punctatis, apice umbilicatis obsessum. *Tentacula* crassa, sparse tuberculata. *Ocelli* supra, subtus et ad basin tentaculorum siti; *superi*: 5 in tentaculorum basi confluentium margine, quorum 3 antrorsi, 2 postici, et circa 20 ad basin tentaculi singuli in acervum longe ellipticum triplici serie lineari dispositi; *inferi*: ocelli 8 in singulo tentaculo quaternatim in quadrangulorum duorum superpositorum formam dispositi, deinde 10—12 ad basin tentaculorum utrinque in lineam flexuosam longitudinalem retrorsum versus marginem uncinatim reflexam seriati. Longit. 7—8''; latit. 3—4''.

Planaria Brocchi *Risso*: Hist. nat. de l'Europe méridion. V. 264. — *Grube*: Act. Echinod. u. Würm. d. Adriat. u. Mittelmeeres. 55.
Thysanozoon Brocchi *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 47.
Eolidiceros Brocchii *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 140. — 142. Tab. V. 1. (Animal.) 1. a. et b. (ocellorum disposit.) — 1. c. et Tab. III. 15. et 16. (Anatom.)

Habitaculum. Inter silices maris, Niceae vere (*Risso*). — Neapoli inter Fucos (*Quatrefages*). — Toulousae (*Dujardin*).

6. Thysanozoon Panormus *DIESING.*

Corpus planum ellipticum, supra albo- et violaceo-marmoratum, macula magna elliptica flava centrali nigro-punctata, papillis sparsis serie simplici elliptica dispositis subconicis

albo- et violaceo-marmoratis nigro-punctatis obcessum. *Tentacula* crassa, flavo-viridia. *Ocelli* supra, subtus et ad basin tentaculorum siti; *superi:* bini in tentaculorum basi confluentium margine superpositi distantes, 4 proxime inferi in quadrangulum dispositi, reliqui 6—7 in sorum semilunarem postice convexum acervati, binis anticis mediis majoribus, caeteris minimis; *inferi:* bini in singulo tentaculo superpositi, bini alii infra tentaculorum sinum transversim siti, terni uniseriati ad tentaculorum utrorumque basim collocati cum praecedentibus paralleli. Long. 3‴; lat. 2‴.

Eolidiceros Panormus *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 142. 143. Tab. III. 2. (Animal.) 3. et 4. (ocellor. dispos.) — 17. et Tab. VI. 6. et 12. (Anatom.)

Habitaculum. Panormi ad rupes de Porta-Felice (*Quatrefages*).

7. Thysanozoon violaceum *OERSTED.*

Corpus planum, ovato-lanceolatum retrorsum attenuatum, violaceum, papillis sparsis. *Tentacula* lanceolata. *Ocellus* unicus magnus ad basin tentaculorum, et ocellorum minorum acervus pone tentacula. Long. 14‴; latit. 8‴ (secundum iconem).

Planaria violacea *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. Tab. CVIII. 10. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 570. in nota.

Thysanozoon violaceum *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 47.

Habitaculum. Neapoli (*Delle Chiaje*).

Species inquirendae.

8. Thysanozoon flavum *OERSTED.*

Corpus planum subellipticum, antrorsum sinuatum, supra flavum. *Tentacula*... *Ocelli*... Longit. ultra 1″; latit. 8‴. (secundum iconem.)

Planaria flava *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. Tab. CVIII. 11. *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 570. in nota.

Thysanozoon flavum *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 47.

Habitaculum. Neapoli (*Delle Chiaje*).

9. Thysanozoon aurantiacum *OERSTED.*

Corpus planum longe ellipticum aurantiacum, margine sinuato-crispatum. *Tentacula*... *Ocelli*... Long. 1½″; latit. 9‴ (secundum iconem).

Planaria aurantiaca *Cuvier*: Règne Anim. nouv. édit. III. 267. in nota. — *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. Tab. LXXVIII. 1. — *Guerin*: Iconograph. Zooph. Tab. XI. 3. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhis. Tidssk. IV. 570. in nota.

Thysanozoon aurantiacum *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 47.

Habitaculum. In mare mediterraneo; Neapoli (*Delle Chiaje*).

10. Thysanozoon Mülleri *OERSTED.*

Corpus planum ovato-cordatum, antice trilobum, supra fusco-rubrum, subtus coerulescens. *Tentacula* magna. *Ocelli*... Longit. 2″; latit. 1″ (secundum iconem).

Planaria Mülleri *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. IV. 179. et 196. Tab. LXXIII. 14. 15.

Thysanozoon Mülleri *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 47.

Habitaculum. Neapoli (*Delle Chiaje*).

FAMILIA II NOTOCERIDEAE. Tentacula dorsalia.

XVI. STYLOCHUS *HEMP. et EHRENB.*

Planaria *Savigny*, *Mertens* et *Leuckart*. — Planocera *Oersted*.

Corpus planum dilatatum, tentaculis duobus dorsalibus retractilibus. *Caput* corpori continuum. *Os* subcentrale orbiculare v. ellipticum, oesophago protractili. *Ocelli* numerosi nigri utplurimum ad tentacula v. ad basim tentaculorum. *Apertura* genitalis infera. — Maricolae.

1. Stylochus suesensis *HEMP.* et *EHRENB.*

Corpus planum ellipticum v. suborbiculare, supra flavo-fuscum punctis numerosis subtilissimis cinnabarinis adspersum, subtus pallidum. *Tentacula* obtuse conica, brevia, supera. *Ocelli* in pagina antica tentaculorum. Longit. 2″; latit. $\frac{1}{2}$″.

Planaria Mülleri *Savigny?* in Descript. de l'Egypte Tab. V. 6.

Planaria bitentaculata *Leuckart?*: in *Rüppell's* Atlas z. der Reise im nördl. Afrika 13. Tab. III. 3. a.

Planaria Gigas *Leuckart?*: in loc. sup. cit. 14. Tab. III. 5. a. et b.

Stylochus suesensis *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. N. 8. et: in nota 1. Tab. V. 3. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 570. in nota.

Planocera suesensis *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 48.

Habitaculum. Inter Corallia maris rubri (*Savigny*); prope Suez et Tor (*Hemprich*, *Ehrenberg* et *Rüppell*).

2. Stylochus Mertensi *DIESING.*

Corpus planum, ovato-ellipticum v. suborbiculare margine sinuatum, supra ochraceum, subtus laete flavum. *Os* oblongum. *Tentacula* conica supera. *Ocelli* ad apicem tentaculorum. *Apertura* genitalis feminea infra os sita, transverse elliptica. Longit. $\frac{1}{2}''$; latit. 4‴.

Planaria sargassicola *Mertens*: in Mém. de l'Académ. Imp. des sc. de St. Petersburg, six. sér. scienc. Mathém. Phys. et Nat. II. 13. Tab. I. 4. — 6. (et Anatom.)

Planocera sargassicola *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 48.

Habitaculum. In oceano atlantico inter 21° — 35° latitudinis borealis et 36° — 38° longitudinis occidentalis a Greenwich, temperatura maris 16 — 18° R.; Majo et Junio ad Fucos (*Mertens*).

3. Stylochus pellucidus *DIESING.*

Corpus planum, obovatum margine sinuatum, pellucidum, albo-flavum. *Os* ellipticum, oesophago multilobo valde protractili. *Tentacula* conica supera. *Ocelli* ad apicem et basim tentaculorum. Longit. 8 — 9‴; latit. 6 — 7‴.

Planaria pellucida *Mertens*: in Mém. de l'Académ. Imp. des sc. de St. Petersburg six. sér. scienc. Mathém. Phys. et Nat. II. 8. — 13. Tab. II. 1. — 5. (et Anatom.)

Planocera pellucida *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 48.

Habitaculum. In oceano Atlantico inter 7° 48′ latitudinis borealis et 23° — 56° longitudinis occidentalis a Greenwich, temperatura maris 19° R.; Majo (*Mertens*).

4. Stylochus Folium *GRUBE.*

Corpus planum, ovato-ellipticum, supra brunneo-flavum albo-punctatum nigro-maculatum, subtus pallidum. *Tentacula* subcylindrica apice rotundata, supera. *Ocelli* inter tentacula. Longit. $\frac{1}{2}''$; latit. $3\frac{1}{2}'''$.

Stylochus folium *Grube*: Actin. Echinod. u. Würm. d. Adriat. u. Mittelmeeres 51. Fig. 12. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidsk. IV. 570. in nota.

Planocera folium *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 48.

Habitaculum. Panormi (*Grube*).

5. Stylochus maculatus *QUATREFAGES.*

Corpus planum, subellipticum, retrorsum angustatum, supra ochraceum, maculis irregularibus albis uniserialibus in linea mediana. *Tentacula* conica supera. *Ocelli* inter tentacula et ad basim tentaculorum. Longit. 4 — 5‴; latit. sursum 2‴.

Stylochus maculatus *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 144. Tab. IV. 3. (animalc.) 3. a. (ocellorum dispos.) Tab. VI. 2. (Anatom.)

Habitaculum. Prope St. Malo (*Quatrefages*).

6. Stylochus palmula *QUATREFAGES.*

Corpus planum palmatum, antrorsum dilatatum truncatum, supra griseum, fascia longitudinali mediana ochracea lineisque longitudinalibus interruptis brunneis et maculis albis pictum. *Tentacula* conica supera alba. *Ocelli* in acervos quatuor aggregati, binis ante tentacula, binis retro illa collocatis. Longit. 4 — 5‴; latit. antrorsum ad 2‴.

Stylochus palmula *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 143. 144. Tab. IV. 1. (Animal. 1. a. (ocellor. dispos.) Tab. V. 2. Tab. VII. 2. Tab. VIII. 5. (Anatom.)

Habitaculum. In Sicilia prope Taurominium ad Fucos (*Quatrefages*).

XVII. PLANOCERA *BLAINVILLE.*

Corpus planum dilatatum, tentaculis duobus dorsalibus retractilibus. *Caput* corpori continuum. *Os* centrale, oesophago protractili tubaeformi apice lobato. *Ocelli* nulli. *Aperturae* genitales... — Maricolae.

1. Planocera Gaimardi *BLAINVILLE.*

Corpus planum ovale retrorsum parum latius. *Tentacula* cylindrica subcentralia supera. Longit. 14‴; latit. 8‴ (secundum iconem).

Planocera Gaimardi *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 579. Atlas Entomozoaires? XL. 18. — *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. 2.

Habitaculum. In itinere *d'Urvillei*, legit *Gaimard*.

SUBORDO II. RHABDOCOELA.

Tractus intestinalis simplex.

TRIBUS II. GYRATRICINEA.

Turbellaria rhabdocoela *Ehrenberg.*

Animalcula solitaria libera ocellata v. coeca; *androgyna* (aut *agama?*), *vivipara* aut *ovipara,* ovulis hybernis plurimis ootheca colorata pedicellata aut pedicello destituta inclusis, rarissime per partitionem transversalem spontaneam divisa. *Corpus* molle parenchymatosum, utplurimum lineare, planum v. teretiusculum, rarius dilatatum, ciliis vibrantibus munitum. *Acetabulum* (organon adhaesionis imperforatum) nullum, rarissime unicum. *Caput* corpori continuum. *Os* terminale, superum, aut subcentrale. *Tractus* cibarius simplex ano destitutus aut ano stipatus. *Vascula* aquifera ostiolis extus patentibus. *Cellulae* sparsae corpusculis bacilliformibus farcta, dubiae functionis. — *Aquarum* praeprimis dulcium incolae, nunquam endobia, utplurimum natantia. *Planarieis* prius adnumerata.

SUBTRIBUS I. APROCTA. Tractus intestinalis ano destitutus.

XVIII. CONVOLUTA *OERSTED.*

Planaria *Abildgaard* et *Johnston.*

Corpus planum dilatatum, utroque margine longitudine involutum. *Caput* corpori continuum. *Os* superum. *Oesophagus*... *Ocellus* unus... — Maricolae.

1. Convoluta paradoxa *OERSTED.*

Corpus planum oblongo-ovatum, antice rotundatum, retrorsum acuminatum, supra ferrugineum, maculatum, subtus album, involutum. Longit. 2‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Planaria convoluta *Abildgaard*: in Zool. Dan. IV. 26. Tab. CXLII. 4.—6.
Convoluta paradoxa *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 567. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 75. Tab. II. 33. 35. et 36. —

Frey u. *Leuckart*: Beitr. z. Kenntn. wirbellos. Thiere 82. Tab. I. 17. a. (ocellus. — organon auditus *L.* et *F.*) — *Schmidt*: Neue Beitr. z. Naturgesch. d. Würmer 12. 13.

Habitaculum. Ad Helgolandiam, in oceano (*Abildgaard*, *Frey* et *Leuckart*) — in Dania ad Kollebodstrand (*Oersted*).

2. Convoluta Johnstoni *DIESING.*

Corpus planum oblongum, antice truncatum retrorsum attenuatum, fuscum, involutum. Longit. 2‴.

Planaria macrocephala *Johnston*: in Annal. and Magaz. of nat. hist. XVI. 437. Tab. XV. 2. a. b.

Habitaculum. In sinu Berwickcensi, inter Confervas (*Johnston*).

XIX. PROPORUS *SCHMIDT.*

Corpus ellipticum retrorsum attenuatum. *Caput* corpori continuum. *Os* terminale. *Ocellus* unus ?. *Apertura* genitalis dorsalis. — Maricolae.

1. Proporus Cyclops *SCHMIDT.*

Corpus diaphanum, albidulum. Longit. $\frac{1}{4}$‴.

Proporus Cyclops *Schmidt*: Neue Beitr. z. Naturgesch. d. Würmer 9. 10. Tab. I. 3. a.

Habitaculum. Faeroe in sinu Thorshavensi, vere (*Schmidt*).

XX. MESOSTOMUM *DUGÈS.*

Planaria *Müller.* — Derostoma *Dugès.* — Strongylostoma *Oersted.*

Corpus depressum dilatatum. *Caput* corpori continuum. *Os* subcentrale ventrale, sphinctere lato radiato cinctum. *Oesophagus*... *Ocelli* duo nigri aut rubri antice siti. — Aquarum dulcium incolae.

1. Mesostomum rostratum *DUGÈS.*

Corpus depressiusculum, elongato-ellipticum, utrinque fere aequaliter attenuatum, pellucidum rubroflavescens. *Ocelli*

triquetri rubri connati. *Os* centrale. *Penis* ovalis. *Ooethecae* tres atro-rubrae, haud pedicellatae. Longit. 1‴; latit. $\frac{1}{3}$‴.

Fasciola rostrata *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 65.
Planaria rostrata *Müller*: in Zool. Dan. III. 40. Tab. CV. 6. — *Gmelin*: Syst. nat. 3091. — *Schrank*: Fauna Boica III. 170.
Planaria velox *Dalyell*: Observ. on Planariae 127. — 132. Fig. 17.
Dalyellia velox *Fleming*: Philos. Zool. II. 685.
Derostoma (Mesostoma) rostratum *Dugés*: in Annal. d. sc. nat. XXI. 79. Tab. II. 16. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 563. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 69. Tab. II. 26. (animalc.) et 37. (pars musculi.)
Mesostomum rostratum *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 43. 44. Tab. III. 7. (animalc.) 7? (cellulae cum corporibus sic dictis baciliformibus inclusis.)

Habitaculum. In Dania primo vere in paludosis (*Müller*); et in turfosis Hafniae (*Oersted*) — Gallia (*Dugés*) — prope Axien (*Schmidt*) — Scotia (*Dalyell*).

Ocelli nigri secundum observationem *cl. Schmidt*.

2. Mesostomum Ehrenbergi *OERSTED*.

Corpus depressum elongato-ellipticum, antrici rotundatum, retrorsum acuminatum, hyalinum fuscescens. *Ocelli* nigri, rotundi. *Os* subcentrale superum. *Penis* cylindricus sursum glandulosus, retrorsum rugosus. Longit. 4 — 5‴; latit. $1\frac{1}{2}$ — 2‴.

Fasciola grossa *Müller?*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 67.
Planaria grossa *Müller?*: in Zool. Dan. III. 42. Tab. CV. 5. — *Gmelin*: Syst. nat. 3092. — *Schrank*: Fauna Boica III. 169.
Planaria tetragona variet. *Müller*: in Zool. Dan. III. 42. Tab. CVI. 5.
Derostoma (Mesostoma) grossum *Dugés?*: in Annal. des sc. nat. XXI. 78. Tab. II. 15.
Planaria Ehrenbergii *Focke* in Annal. d. Wien. Mus. I. 191. — 205. Tab. XVII. 1.
Mesostoma Ehrenbergii *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 561. et 562. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 68. Tab. III. 52. (penis.)
Mesostomum Ehrenbergii *Schmidt*: Die rhabdocoelen Strudelw. 47. — 51. Tab. IV. 9. (et Anatom.)

Habitaculum. Hafniae in paludosis (*Müller* et *Oersted*) — Vindobonae (*Focke*) — prope Axien ad Albim in Borussia (*Schmidt*).

Teste cl. *Oersted* aestate vivipara, autumno ovipara.

3. Mesostomum Lingua *SCHMIDT.*

Corpus depressum elongato-ellipticum antrorsum magis angustatum, utrinque rotundatum, pellucidum fusco-flavum. *Ocelli* nigri triangulares. *Os* centrale. *Ootheca* haud pedicellata primo laete viridis demum lateritia. Longit. ultra 2‴.

Planaria Lingua *Müller?*: in Zool. Dan. III. 48. Tab. CV. 7. — *Gmelin*: Syst. nat. 3093.

Mesostomum Lingua *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 40. 43. Tab. II. 6. (animal. 6. b. (vasa aquifera).

Habitaculum. Prope Axien ad Albim, Aprili et Junio (*Schmidt*).

4. Mesostomum personatum *SCHMIDT.*

Corpus depressum elongato-ellipticum antice rotundatum retrorsum acuminatum, supra convexiusculum nigro-brunneum, apice cinereum maculis duobus albis parallelis, subtus planum flavidulum *Ocelli* nigri elliptici. *Os* centrale. Long. $2\frac{1}{2}$—3‴.

Mesostomum personatum *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 51. 52. Tab. IV. 10. 10 b. c. (animalc.) 10. a. (vasa aquifera c. ostiolis).

Habitaculum. Prope Axien ad Albim, Junio frequens (*Schmidt*).

5. Mesostomum pusillum *SCHMIDT.*

Corpus depressum elongato-ellipticum, retrorsum parum angustatum, utrinque rotundatum, pallide viride v. pallide flavum. *Ocelli* nigri elliptici. *Os* centrale. Longit. $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$‴.

Mesostomum pusillum *Schmidt*: Die rhabdoc. Strudelw. 52. Tab. V. 11.

Habitaculum. Prope Axien ad Albim, Majo (*Schmidt*).

6. Mesostomum tetragonum *SCHMIDT.*

Corpus depressum subellipticum, tetragonum angulis anguste alatis, utraque extremitate antrorsum magis attenuatum rotundatum, retrorsum acuminatum, brunneum. *Ocelli* nigri subtriangulares. *Os* centrale. Longit. 3—5‴; latit. 2‴.

Fasciola quadrangularis *Pallas*: Spicil. Zool. X. 90. Tab. I. 12. a. — e.
Planaria quadrangularis *Gmelin*: Syst. nat. 3089.

Planaria tetragona *Müller*: in Zool. Dan. III. 42. Tab. CVI. 1. — 5. — *Gmelin*: Syst. nat. 3093.

Planaria Ehrenbergii *Focke* ex part.: in Annal. d. Wien. Mus. I. 204. v. I. Tab. XVII. 9.

Mesostomum tetragonum *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 44.—47. Tab. III. 8. (animalc.) et 8. a. (ad Anatom.)

Habitaculum. Hagae in fossis (*Pallas*) — Hafniae in stagnis (*Müller*) — Vi dobonae (*Focke*) — prope Axien ad Albim in piscinis et fossis (*Schmidt*).

7. Mesostomum fusiforme *DUGÉS.*

Corpus depressiusculum fusiforme, opacum, brunneum. *Ocelli* nigri. *Os* subcentrale superum. *Penis* vaginatus, sursum conice incrassatus. Longit. $\frac{3}{4}$ — $1\frac{1}{2}$'''.

Planaria grisescens *Fabricius?*: in Köngel. Danske Videnск. Selskab. II. 19. Tab. I. E.

Derostoma (Mesostoma) fusiforme *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XXI. 79. Tab. II. 17.

Strongylostoma assimile *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 564. et: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 71.

Habitaculum. In aquis stagnantibus Galliae (*Dugés*) — in Dania (*Oersted*).

8. Mesostomum radiatum *DIESING.*

Corpus depressiusculum, oblongum utrinque rotundatum, retrorsum sensim angustatum, opacum, flavescens. *Ocelli* rufescentes. *Os* subcentrale superum. Longit. 1 — $1\frac{1}{2}$'''; latit. $\frac{1}{4}$'''.

Fasciola radiata *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 66.

Planaria radiata *Müller*: Zool. Dan. prodrom. N. 2695. et: in Zool. Dan. III. 41. Tab. CVI. 1. a. b. — *Gmelin*: Syst. nat. 3092.

Strongylostoma radiatum *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 56. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 71.

Habitaculum. In Dania, in aquis paludosis et piscinis (*Müller et Oersted*).

Species inquirenda.

9. Mesostomum strigatum *OERSTED.*

Corpus planiusculum, lanceolatum, pallide luteum, lineis tribus flexuosis rufis longitudinalibus, media longissima. *Ocelli* nigri. *Os*... Longit. $1\frac{1}{2}$'''.

Fasciola strigata *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 66.
Planaria strigata *Müller*: Zool. Dan. prodrom. 2696. et: in Zool. Dan. III. 41. Tab. CV. 8. — *Gmelin*: Syst. nat. 3092. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. in nota, et: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 70. in nota.

Habitaculum. In paludosis Daniae (*Müller*).

10. Mesostomum bistrigatum *OERSTED.*

Corpus depressum elongatum, utrinque retrorsum magis angustatum, rotundatum, lucide album, supra fasciis duabus longitudinalibus brunneo-viridibus. *Ocelli* nigri. *Os*... Longit. $1\frac{1}{2}'''$.

Planaria bistrigata *Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 33. Tab. III. Lit. U. 1. — 3. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 560. in nota. et: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 67. in nota et 70. (Mesostoma).

Habitaculum. In paludosis Daniae (*Fabricius*).

XXI. TURBELLA *HEMP. et EHRENB.*

Planaria *Fabricius*. — Derostoma *Dugés*. — Macrostoma *Oersted*.

Corpus elongatum teretiusculum v. depressiusculum, ciliis vibrantibus. *Caput* corpori continuum. *Os* superum, rimaeforme v. subellipticum. *Oesophagus* cylindricus v. amphoraeformis non protractilis. *Ocelli* duo antici. *Aperturae* genitales inferae. — Aquarum dulcium, rarissime maris incolae.

* *Oesophagus cylindricus.*

1. Turbella platyura *HEMP.* et *EHRENB.*

Corpus elongatum teretiusculum, antice obtusum, postice dilatatum truncatum v. patellaeforme, album. *Ocelli* nigri rotundati. Longit. $1\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{3}'''$.

Derostoma platurus *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XV. 142. Tab. IV. 7.
Turbella platyura *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. 9. et: in Act. Berol. 1835. 244.

Habitaculum. Monspessulani (*Dugés*). — Berolini (*Ehrenberg*).

2. Turbella appendiculata *DIESING.*

Corpus elongatum teretiusculum, antice rotundatum, postice truncatum ciliatum, dilatabile patellaeforme, subpellucidum, flavo-virescens. *Ocelli* nigri rotundati. Longit. 1‴.

Planaria appendiculata *Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 17. Tab. I. B. 1. et 2.

Macrostoma appendiculatum *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 565. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 73.

Habitaculum. Hafniae in aqua marina (*Fabricius* et *Oersted*).

3. Turbella Hystrix *DIESING.*

Corpus oblongum teretiusculum aculeatum antrorsum sensim angustatum rotundatum, retrorsum truncatum dilatabile, subpellucidum, flavo-griseum. *Ocelli* nigri rotundati. *Penis?* unciformis rigidus subbasilaris. Longit. 1‴.

Macrostoma hystrix *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 565. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 72. excl. synon. Tab. II. 28. (penis) 29. (animalc.) 34. (aculeus) — *Schmidt*: Die Rhabdocoel. Strudelw. 54. Tab. V. 15.

Habitaculum. Hafniae in turfosis (*Oersted*) — prope Axien ad Albim, Junio (*Schmidt*).

4. Turbella pisciculus *HEMP.* et *EHRENB.*

Corpus teretiusculum, retrorsum attenuatum. *Ocelli* hyalini. Longit....

Turbella pisciculus *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. 9. in nota 2.

Habitaculum. Berolini (*Ehrenberg*).

5. Turbella Squalus *DIESING.*

Corpus fusiforme antice rotundatum, retrorsum attenuatum, albo-griseum. *Ocelli* nigri in summo margine laterali. Longit. ½—1‴.

Derostoma Squalus *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XV. 142. Tab. IV. 5. et 25. 26. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 566. in nota.

Microstoma? Squalus *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 74. in nota.

Habitaculum. Monspessulani, in paludosis (*Dugés*).

6. Turbella lunulata *HEMP. et EHRENB.*

Corpus teretiusculum, retrorsum attenuatum, digitatum. *Ocelli* nigri semilunares. Longit. . . .

Turbella lunulata *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symbol. phys. Phytoz. turbell. 9. in nota 2.

Habitaculum. Berolini (*Ehrenberg*).

„Apparatus genitalis valde excultus. Testiculi duo magni prope penem mire spinulosum in corporis parte posteriore cernuntur. Ovarium pauciorum posticum." *Ehrenberg.*

7. Turbella selenops *DIESING.*

Corpus elongatum teretiusculum, antrorsum angustatum, retrorsum acuminatum, albidum. *Ocelli* nigri semilunares. Longit. $\frac{1}{4}'''$.

Derostoma selenops *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XXI. 77. Tab. II. 11. *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 560. in nota et Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 67. in nota.

Habitaculum. Monspessulani, in paludosis (*Dugés*).

* * *Oesophagus amphoriformis.*

8. Turbella unipunctata *DIESING.*

Corpus oblongum teretiusculum, antice obtusum, retrorsum subacuminatum, flavidum. *Ocelli* nigri rotundati. *Ootheca* solitaria brunnea ori postposita, haud pedicellata. Longit. 1'''; latit. $\frac{1}{4}'''$.

Fasciola obscura *Müller?*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 65.
Planaria obscura *Müller?*: Zool. Dan. prodrom. 222. *Gmelin*: Syst. nat. 3091. — *Schrank*: Fauna Boica III. 2. 171.
Derostoma unipunctatum *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 560. et Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 66. Tab. II. 25. (animalc.).

Habitaculum. In piscinis Daniae (*Müller*), in fossis (*Oersted*).

9. Turbella Schmidtiana *DIESING.*

Corpus elongatum teretiusculum utrinque angustatum, antice rotundatum retrorsum acuminatum, medio ventricosum, primo albo-viride demum luteo-fuscum. *Ocelli* nigri rhombiformes. *Ootheca* solitaria viridis, haud pedicellata. Long. $2\frac{1}{2}'''$.

Derostomum unipunctatum *E. O. Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 36 — 38. Tab. II. 5. (animalc.) 5. et 5. (Anatom.)

Habitaculum. Prope Axien ad Albim in limosis, Junio (*Schmidt*).

10. Turbella gibba *DIESING.*

Corpus ovato-oblongum, antrorsum depressum, retrorsum convexum, brunneum, cauda brevi obtusa papillari. *Ocelli* nigri lineares. Longit. . . .

Planaria gibba *Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 35. Tab. II. k. 1. 2.

Derostoma gibba *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 560. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 66.

Habitaculum. Hafniae (*Fabricius*); ad Hofmansgave (*Oersted*).

Species inquirendae.

11. Turbella assimilis *DIESING.*

Corpus oblongum, antice truncatum, retrorsum acuminatum, albo-brunneum. *Ocelli* nigri rotundati. Longit. . . .

Planaria assimilis *Fabricius*: in Königl. Danske Vidensk. Selskab. II. 31. Tab. III. Lit. S.

Vortex ? assimilis *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 66. in nota.

Habitaculum. In aqua marina, Hafniae (*Fabricius*).

XXII. SCHIZOSTOMUM *SCHMIDT.*

Corpus elongatum teretiusculum. *Caput* corpori continuum. *Os* superum, subterminale rimaeforme. *Ocelli* duo antici. *Acetabulum* ventrale disciforme. *Aperturae* genitales . . . *Aquarum* dulcium incolae.

1. Schizostomum productum *SCHMIDT.*

Corpus gracile sensim utrinque acuminatum, transparens, flavo-brunneum. *Ocelli* nigri subelliptici a margine remoti. *Acetabulum* disciforme, superum. Longit. 2".

Schizostomum productum *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 54.—56. Tab. VI. 16. (animalc.)

Habitaculum. Prope Axien ad Albim, in lacunis pluvialibus, gregarie, Majo et Junio (*Schmidt*).

XXIII. GYRATOR *EHRENBERG*.

Derostoma *Dugés*. — Gyratrix *Hemprich* et *Ehrenberg*. — Prostoma *Oersted* non *Dugés*. — Vortex *Oersted*.

Corpus teretiusculum, ciliis vibrantibus. *Caput* corpori continuum. *Os* terminale. *Oesophagus* amphoraeformis haud protractilis. *Ocelli* duo antici. *Acetabulum* ventrale disciforme. *Aperturae* genitales inferae subbasilares. — Aquarum dulcium aut maris incolae.

1. Gyrator hermaphroditus *EHRENBERG*.

Corpus oblongo-lineare teretiusculum, antrorsum attenuatum, utraque extremitate rotundatum, pellucidum, flavescens. *Ocelli* nigri. *Acetabulum* subcentrale disciforme. *Penis* subuliformis vaginatus. *Ootheca* solitaria, lateritia, pedicello brevi recto basi incrassato hyalino. Longit. 1‴.

Derostoma notops *Dugés?*: in Annal. des sc. nat. XV. 141. Tab. IV. 2.
Gyratrix hermaphroditus *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. 24. et nota 1.
Gyrator hermaphroditus *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1835. 178. Tab. I. 2.
Prostoma lineare *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 557. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 62. Tab. III. 53. (penis). — *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 23. — 27. Tab. I. 1. a. 1. b. (optima).

Habitaculum. Berolini, inter Confervas (*Ehrenberg*) — Hafniae in turfosis (*Oersted*) — prope Axien ad Albim (*Schmidt*).

„Penis" *Oersted*, ex observatione cl. *E. O. Schmidt*, organon vulnerans, aculeus cavus vesicula venenifera basilari.

Species inquirendae.

2. Gyrator suboviformis *DIESING*.

Corpus teretiusculum, suboviforme, antrorsum acuminatum, retrorsum rotundatum rubescens. *Ocelli* macula alba cincti. *Acetabulum* ... *Penis* apice trifurcatus. Longit. $\frac{1}{2}$‴.

Prostoma suboviforme *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 558. et: Entw. einer system. Einth. d. Pattw. 63.

Habitaculum. Littora Daniae (*Oersted*).

3. Gyrator croceus *DIESING.*

Corpus teretiusculum oblongum, antrorsum attenuatum, croceum apice flavescens. *Ocelli* nigri rotundati. *Acetabulum*... *Penis* apice trifurcatus non vaginatus. Longit. $1\frac{1}{2}'''$.

Planaria crocea *Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 34. Tab. III. X. 1. 2.
Prostoma littorale *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 558. in nota.
Prostoma croceum *Oersted*: Entw. einer system. Einth. der Plattw. 63.

Habitaculum. Hafniae (*Fabricius*); prope Hofmansgave, raro (*Oersted*).

4. Gyrator littoralis *DIESING.*

Corpus teretiusculum ovatum antice rotundatum, retrorsum acuminatum, rubro-flavescens. *Ocelli* ovati. *Acetabulum*... *Penis* flexilis basim versus incrassatus punctis sparsis, superae attenuatus striis densis longitudinalibus notatus. Longit. $1\frac{1}{2}'''$.

Vortex littoralis *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 558. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 64. Tab. II. 22. (animalc.) 23. (penis) Fig. xylograph. 11. (ocelli).

Habitaculum. Littora Daniae (*Oersted*).

5. Gyrator vittatus *DIESING.*

Corpus convexiusculum antice rotundatum, retrorsum sensim attenuatum, album, vittis tribus transversalibus rubris. *Ocelli* nigri. *Acetabulum*... *Penis* cylindricus tuberculatus. Longit. $1'''$.

Vortex vittata *Frey* et *Leuckart*: Beitr. z. Kenntn. wirbellos. Thiere. 149.

Habitaculum. Ad littora Helgolandiae inter Fucos, vulgaris (*Frey et Leuckart*).

6. Gyrator leucophraeus *DIESING.*

Corpus ovatum, antrorsum attenuatum, retrorsum dilatato-rotundatum, ferrugineum. *Ocelli* nigri subelliptici. *Acetabulum*... Longit....

Planaria leucophraea *Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 30. Tab. II. Q. 1. 2. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 556. in nota et: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 63 in nota.

Habitaculum. Inter Ulvas marinas (*Fabricius*).

XXIV. HYPOSTOMUM *SCHMIDT.*

Corpus teretiusculum, ciliatum. *Caput* corpori continuum. *Os* superum subterminale. *Oesophagus* amphoraeformis haud protractilis. *Ocelli* quatuor antici siti in quadrangulum dispositi, lineola curva nigra longitudinaliter juncti quasi semilunati. *Aperturae* genitales... Aquarum dulcium incolae.

1. Hypostomum viride *SCHMIDT.*

Corpus antice rotundatum postice oblique truncatum, retrorsum in caudam brevem acuminatum, gramineo-viride. *Ocelli* nigri supra os. *Oothecae* tres globosae, lateritiae haud pedicellatae. Longit. $1\frac{1}{2}'''$.

Hypostomum viride *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 30. — 35. Tab. I. 4. (animalc.) 4. a. et 4. b. (Anatom.)

Habitaculum. Prope Axien ad Albim in Borussia, Martio et Aprili in lacubus (*Schmidt*).

XXV. VERTEX *HEMP. et EHRENB.*

Planaria *Müller*. — Vortex *Hemprich* et *Ehrenberg*. — Prostoma *Leidy*.

Corpus teretiusculum, ciliis vibrantibus. *Caput* corpori continuum. *Os* terminale. *Oesophagus* amphoraeformis haud protractilis. *Ocelli* quatuor antici siti in quadrangulum dispositi, interdum bini lineola curva nigra longitudinaliter juncti, quasi semilunati. — *Aperturae* genitales inferae subbasilares. — Aquarum dulcium, aut maris incolae.

1. Vertex truncatus *HEMP.* et *EHRENB.*

Corpus teretiusculum ovato-lanceolatum, antice truncatum, retrorsum angustatum, subpellucidum fuscescens. *Ocelli* nigri, primum solitarii, demum semilunati. *Ootheca* solitaria, lateritia, pedicello flexuoso subspirali. Longit. $\frac{3}{4}'''$; latit. $\frac{1}{6}'''$.

Fasciola Gulo *Müller?*: Verm. terrest et fluv. hist. I. 2. 56.

Planaria Gulo *Müller?*: Zool. Dan. prodrom. 2675. — *Gmelin*: System. nat. 3087. — *Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 15. Tab. I. A. 1. 2.

Planaria truncata *Müller*: in Zool. Dan. III. 43. Tab. CVI. 1. — *Gmelin*: Syst. nat. 3094.

Vortex truncatus *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symbol. phys. Phytoz. turbell. 10. et in nota 3.

Vertex truncatus *Ehrenberg*: in Abhandl d. Akadem. d. Wissensch. z. Berlin 1835. 178. Tab. I. 3. 4 individuum juvenile ocellis solitariis. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 559. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 64.

Vertex truncata *Schmidt*: Die rhabdoc. Strudelw. 28. 29. Tab. I. 3. (bona).

Habitaculum. Berolini (*Ehrenberg*) — in Dania inter Confervas natantes (*Oersted*) — prope Axien ad Albim (*Schmidt*).

„Intestinum carneum et lateritium. Organon genitale contortum distinctum, magnum, cum testiculo ad Distomatum nonnullorum characterem accedit. Ovarium multiparum, utrinque ad tubi cibarii latus positum et ovulis globosis refertum.“ *Ehrenberg*.

„Penis trifidus (?) testiculis filiformibus ventriculum cingentibus.“ *Oersted*.

2. Vertex pictus *SCHMIDT*.

Corpus teretiusculum ovato-lanceolatum, antice rotundatum, retrorsum angustatum, subpellucidum, variegatum. *Ocelli* nigri semilunati. *Ootheca* solitaria brunnea, pedicello subclavato hyalino longo. Longit. $\frac{3}{4}$‴.

Vortex picta *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 29. 30. Tab. I. 3.

Habitaculum. Prope Axien ad Albim in Borussia, in lacubus gregarie, Majo (*Schmidt*).

3. Vertex quadrioculata *FREY* et *LEUCKART*.

Corpus antice rotundatum, constrictum, retrorsum angustatum, album. *Ocelli* solitarii, nigri postici majores. *Penis* brevis crassus. Longit. $\frac{1}{2}$‴.

Vortex quadrioculata *Frey* u. *Leuckart*: Beitr. z. Kennin. wirbellos. Thiere 149.

Habitaculum. Ad littora Helgolandiae (*Frey et Leuckart*).

4. Vertex marginatus *DIESING*.

Corpus anguste lanceolatum, antice truncatum, margine striatum. *Ocelli* solitarii, duo majores. Longit. 1‴.

Prostoma marginatum *Leidy*: in Proced. of the Acad. Nat. Scien. Philadelphia et in Annal. and Mag. of nat. hist. 1848. 78.

Habitaculum. In fossis ad plantas aquaticas, Philadelphiae (*Leidy*).

Species inquirendae.

5. Vertex emarginatus *DIESING.*

Corpus elongatum, antice truncatum emarginatum, retrorsum attenuatum, cinereum albo-ciliatum. *Ocelli* 4 solitarii aequales. *Os*... Longit....

Der Schweins-koph *Eichhorn*: Wasserth. 55. Tab. V. O. P. Q. R. (pessima).
Planaria emarginata *Schrank*: Fauna Boica III. 2. 174.

Habitaculum. In Bavaria inter Lemnas, Augusto (*Schrank*).

6. Vertex cruciatus *DIESING.*

Corpus oblongum, ciliatum, antice rotundatum, retrorsum angustatum, flavum, supra forma crucis obscure signatum. *Ocelli* 4 in quadrangulum dispositi. *Os*... Longit....

Planaria cruciata *O. Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 25. Tab. II. L. — *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 76.

Habitaculum. In aqua marina, Hafniae (*Fabricius*).

XXVI. TYPHLOPLANA *HEMP. et EHRENB.*

Fasciola et Planaria *Müller*. — Derostoma *Dugés*.

Corpus oblongum teretiusculum. *Caput* corpori continuum. *Os* centrale v. subcentrale. *Ocelli* nulli. *Aperturae* genitales... — Aquarum dulcium rarissime maris incolae.

Genus a cl. viris *Hemprich* et *Ehrenberg* dendrocoelis, a cl. *Oersted* rhabdocoelis recte adnumeratum.

1. Typhloplana variabilis *OERSTED.*

Corpus lineari-oblongum, utrinque aequaliter acuminatum fulvum, griseum v. lacteum. *Os* centrale. *Penis* tripartitus punctatus. Longit. 1 — 2"; latit. $\frac{1}{2}$ — 1".

Fasciola punctata *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. 1. 2. 57.
Planaria punctata *Müller*: Zool. Dan. prodrom. 2667. — *Gmelin*: Syst. nat. 3087.
Planaria fulva *Müller*: in Zool. Dan. III. 39. Tab. CV. 2. — *Gmelin*: Syst. nat. 3090.
Planaria grisea *Müller*: in Zool. Dan. III. 38. Tab. CV. 1. — *Gmelin*: Syst. nat. 3089.

Planaria maculata *Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 34. Tab. III. V. 1. 2.

Derostoma griseum *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XXI. 78.

Derostoma polygastrum *Dugés*: l. s. c. XV. 143.

Typhloplana (grisea et fulva) *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. 1. et: in Act. Acad. Berol. 1835. 245.

Typhloplana variabilis *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidsk. IV. 564. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 71. (excl. synon.) Tab. II. 16. (penis).

Habitaculum. In Daniae pratis inundatis (*Müller*, *Fabricius et Oersted*) — Gallia (*Dugés*).

2. Typhloplana viridata *SCHMIDT.*

Corpus subcylindricum utrinque sensim angustatum, rotundatum, viride. *Os* centrale. *Oothecae* sex, terne longitudinaliter biseriatae, oblongae, lateritiae, haud pedicellatae. Longit. 1‴.

Planaria viridata *Müller?*: in Zool. Dan. III. 39. Tab. CV. 4. — *Gmelin*: Syst. nat. 3090. — *Dugés*: in Annal. d. sc. nat. XV. 143. Tab. IV. 9.

Planaria virens *O. Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 19. Tab. I. D.

Derostoma viridatum *Dugés?*: in Annal. des sc. nat. XXI. 79.

Typhloplana variabilis *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 71. (excl. synon.)

Typhloplana viridata *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 52. 53. Tab. V. 12. — (animalc.) 12. a. (vas aquif.)

Habitaculum. In Dania? (*Müller et Oersted*) — Gallia? (*Dugés*) — prope Axien ad Albim (*Schmidt*) — Vindobonae (*Schmarda*).

3. Typhloplana sulphurea *SCHMIDT.*

Corpus subcylindricum medio ventricosum, utrinque rotundatum, sulphureum, viride et rubro-punctatum. *Os* centrale. Longit. vix 1‴.

Typhloplana sulphurea *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 53. Tab. V. 13. (animalc.) 13. a. (os et vas aquif.)

Habitaculum. Prope Axien ad Albim, Martio (*Schmidt*).

4. Typhloplana? marina *OERSTED.*

Corpus antice truncatum, retrorsum acuminatum, griseum. *Os* subcentrale inferum. Longit. 1‴.

Typhloplana marina *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidsak. IV. 565. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 72. Tab. II. 31. — *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 22.

Habitaculum. In sinu Codano (*Oersted*).

XXVII. OPISTOMUM *SCHMIDT.*

Corpus depressiusculum haud ciliatum. *Caput* corpori continuum. *Os* superum subterminale. *Oesophagus* amphoraeformis non protractilis. *Ocelli* nulli. *Aperturae* genitales... — *Aquarum* dulcium incolae.

1. Opistomum pallidum *SCHMIDT.*

Corpus linguaeforme, antrorsum dilatatum rotundatum, retrorsum angustatum, albicans transparens. Longit. ultra 1‴.

Opistomum pallidum *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 38. — 40. Tab. V. 14. (animalc.) 14. a. et 14. b. (Anatom.)

Habitaculum. Prope Axien ad Albim in paludosis, Martio et Aprili (*Schmidt*).

SUBTRIBUS II. PROCTUCHA. Tractus intestinalis ano stipatus.

XXVIII. MICROSTOMUM *OERSTED.*

Fasciola et Planaria *Müller*. — Derostoma *Dugés*. — Turbella *Ehrenberg*. — Stenostomum *Schmidt*.

Corpus elongatum teretiusculum, ciliatum aut ciliis destitutum. *Caput* corpori continuum. *Os* superum subterminale dilatabile. *Ocelli* duo utplurimum pigmento destituti. *Anus* ventralis supra caudae apicem. *Aperturae* genitales... — Aquarum dulcium incolae.

1. Eumicrostomum *Diesing*. Tractus *intestinalis supra os productus apice clausus, oesophago nullo.*

1. Microstomum (*Eumicrostomum*) lineare *OERSTED*.

Corpus elongatum teretiusculum ciliatum, utrinque rotundatum, pellucidum flavidulum, sparse aculeatum.*) *Os* rimaeforme. *Ocelli* submarginales rufescentes. Longit. 2 — $2\frac{1}{2}$'''; latit. $\frac{1}{10}$'''.

Fasciola linearis *Müller*: Verm. terrest et fluv. hist. I. 2. 67.
Planaria linearis *Müller*: in Zool. Dan. III. 48. Tab. CVI. 2. a. et b.
Derostoma lineare *Dugés?*: in Annal. des sc. nat. XV. 141. Tab. IV. 3. *Oersted:* in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 566. in nota.
Microstoma lineare *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 73. Tab. II. 17. — 19.
Microstomum lineare *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 56. — 59. Tab. VI. 17. (animalc.) 17. a. (organ. vulnera.)

Habitaculum. In paludosis Hafniae (*Müller*) — Monspessulani (*Dugés*) — Axien ad Albim in Borussia (*Schmidt*).

2. Microstomum (*Eumicrostomum*) leucops *OERSTED*.

Corpus elongatum teretiusculum haud ciliatum, antice rotundatum, retrorsum acuminatum, pellucidum fuscescens. *Ocelli* pigmento destituti a margine laterali remoti. *Os*... Longit. $\frac{3}{4}$ — $1\frac{1}{2}$'''.

Planaria linearis *Abildgaard* non *Müller*: in Zool. Dan. III. 49. Tab. CIX. 7. — 9. — *Schrank*: Fauna Boica III. 2. 72.
Planaria vulgaris *Fabricius*: in Köngel. Danske Videnak. Selskab. II. 18. Tab. I. c. 1. 2.
Derostoma lanceolatum *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XV. 142. Tab. V. 27.
Turbella lanceolata *Ehrenberg*: in Abhandl. d. königl. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1835. 214.
Microstoma leucops *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 566. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 74. Tab. II. 27. (ocellus) 30. (animalculum) in explic. tabularum Microstoma subpellucidum.

Habitaculum. In paludosis Daniae (*Abildgaard*, *Fabricius* et *Oersted*) — Bavaria (*Schrank*) — Gallia (*Dugés*).

---

*) Aculei recti apice filum exerentes, infra apicem uncinulis tribus retractilibus coronati, vesicula venenifera basilari subglobosa in collum producta. Organon genitale masculum secundum cl. *Oersted*.

2. Stenostomum *Schmidt*. Tractus *intestinalis in oesophagum angustum productus.*

3. **Microstomum** (*Stenost.*) **achroophtalmum** *DIES.*

Corpus elongatum teretiusculum haud ciliatum, utrinque retrorsum tamen magis attenuatum, hyalinum, tractu cibario rufescente. *Ocelli* pigmento destituti submarginales. *Os* circulare. Longit. 1‴.

Derostoma leucops *Dugés?*: in Annal. des sc. nat. XV. 148. Tab. IV. 5. 25. et 26.

Turbella leucops *Hemprich et Ehrenberg?*: Symb. phys. Phytoz. turbell. N. 9. nota 2. N. 17. nota 1.

Stenostomum leucops *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 59. 60. Tab. VI. 18.

Habitaculum. Axien ad Albim in Borussia (*Schmidt*).

4. **Microstomum** (*Stenostomum*) **unicolor** *DIESING.*

Corpus elongatum teretiusculum, haud ciliatum, utrinque parum attenuatum, hyalinum, tractu cibario pallide viridi. *Ocelli* pigmento destituti marginales. *Os* circulare. Longit. 1‴.

Stenostomum unicolor *Schmidt*: Die rhabdocoel. Strudelw. 60. Tab. VI. 19.

Habitaculum. Axien ad Albim, Majo et Junio, haud raro (*Schmidt*).

XXIX. DINOPHILUS *SCHMIDT.*

Vortex *Oersted.?*

Corpus elongatum, ciliis vibrantibus. *Caput* corpori continuum triangulare ciliis longioribus. *Os* superum. *Oesophagus* amphoraeformis haud protractilis. *Ocelli* quatuor, bini lineola curva longitudinali juncti quasi semilunati, nigricantes. *Anus* basilaris. *Sexus* discretus. — Maricolae.

Unicum hucusque genus cognitum in tribu gyratricinorum sexu discreto.

1. **Dinophilus vorticoides** *SCHMIDT.*

Corpus retrorsum clavato-acuminatum, lateritium v. aurantiacum. *Caput* triangulare angulis linea longa notatis,

ciliis quatuor longis. *Ocelli* intra apicem terminalem et os siti. Longit. $\frac{3}{4}$ — 1‴.

Vortex capitata *Oersted?*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 559. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 65. Tab. I. 7. (animalc.)
Dinophilus vorticoides *Schmidt*: Neue Beitr. z. Naturgesch. d. Würm. 2. — 8. Tab. I. 1. (animalc.) reliquae fig. ad anatom.

Habitaculum. In sinu Codano (*Oersted*). Ins. Faeroe in sinu Thorshavensi ad lapides, vere gregarie (*Schmidt*).

XXX.? PSEUDOSTOMUM *SCHMIDT*.

Corpus ellipticum antice truncatum, retrorsum acuminatum. *Caput* corpori continuum. *Os*... *Oesophagus* protractilis. *Ocelli* quatuor in quadrangulum dispositi. *Anus*... *Sexus* discretus? — Maricolae.

1. Pseudostomum Feroense *SCHMIDT*.

Corpus albo-viride. *Ocelli* nigri. Longit. $\frac{1}{4}$‴.

Pseudostomum Feroense *Schmidt*: Neue Beitr. z. Naturgesch. d. Würmer 8. Tab. I. 2. 2. a. 2. b.

Habitaculum. Faeroe in sinu Thorshavensi, vere (*Schmidt*).

XXXI. PROSTOMUM *DUGÉS ex parte*.

Corpus teretiusculum, ciliis vibrantibus. *Caput* corpori continuum. *Os* terminale. *Ocelli* sex antrorsum siti bini v. terni paralleli. *Anus* basilaris. *Aperturae* genitales... — Aquarum dulcium incolae.

1. Prostomum clepsinoideum *DUGÉS*.

Corpus clavatum, antrorsum attenuatum truncatum, ochraceum. *Ocelli* nigri. Longit. 5‴.

Prostoma clepsinoides *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XV. 140. Tab. IV. 1.
Prostoma clepsinoideum *Dugés*: l. s. c. XXI. 73. Tab. II. 1. — *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. 86. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. in nota.

Habitaculum. Monspessulani, sub lapidibus rivulorum (*Dugés*).

XXXII. DISORUS *HEMP. et EHRENB.*

Corpus teretiusculum, obsolete annulatum, proteum. *Caput* corpori continuum. *Os* terminale. *Ocelli* sex antici bini v. terni paralleli. *Anus* basilaris. *Aperturae* genitales . . . — Maricolae.

1. Disorus viridis *HEMP.* et *EHRENB.*

Corpus subclavatum, utrinque retrorsum magis attenuatum, viride. *Ocelli* magni nigri. Longit. $\frac{1}{2}'''$.

Disorus viridis *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. Nr. 14. 1. Tab. V. 4.

Habitaculum. Inter Corallia maris rubri prope Tor (*Hemprich et Ehrenberg*).

XXXIII. ORTHOSTOMUM *HEMP. et EHRENB.*

Corpus elongatum teretiusculum proteum, ciliis vibrantibus munitum. *Caput* corpori continuum. *Ocelli* nulli. *Os* terminale, anus ori diametraliter oppositus. *Aperturae* genitales ... — Aquarum dulcium incolae, dubie an maricolae.

1. Orthostomum pellucidum *HEMP.* et *EHRENB.*

Corpus utrinque obtusum, aequabile, hyalinum, pellucidum, ani plicis verruciformibus 4—5. Longit. $\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{6}'''$.

Orthostoma pellucidum *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. N. 23. Tab. V. 1. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidsk. IV. 566. in nota, et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 74. in nota.

Habitaculum. In aquis Nili Dongolae inter Confervas cum Polygastricis et Rotatoriis (*Hemprich et Ehrenberg*).

„Sunt aliquae Polygastricorum formae huic admodum similes, ut Holophrya ambigua N. (Enchelys ambigua *Müller*) et Trachelii nonnulli, sed hae aperte omnes polygastricae sunt.“

„Ex apertura anali animal excrementa deiicere et oris aperturam subrotundam, inermem vidimus. Semel post eiectas faeces ex ano cirrhorum brevium coronam emergere observavimus.“ *Hemprich* et *Ehrenberg* l. s. c.

2. Orthostomum? rubrocinctum *GRUBE*.

Corpus taeniatum, antice rotundatum v. emarginato-truncatum, retrorsum angustatum rotundatum, linea longitudinali dorsali intense rubra ac marginali cinctum. Longit. $\frac{1}{2}''$; latit. 2'''.

Orthostomum rubrocinctum *Grube*: Actin. Echinoderm. u. Würmer d. Adriat. u. Mittelmeeres 56. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidsskr. IV. 566. in nota, et: Entw. einer syst. Eintb. d. Plattw. 75. in nota.

Habitaculum. In mare mediterraneo ad Panormum (*Grube*).

TRIBUS III. NEMERTINEA.

Teretularia *Blainville*. — Turbellaria rhabdocoela *Ehrenberg*. — Apoda nemertina *Oersted*.

Animalia solitaria libera, rarissime tubicola, ocellata v. coeca. *Corpus* molle cavernosum, lineare, planum v. teretiusculum, multo longius quam latum, saepissime ciliis vibrantibus munitum, interdum summe contractile tum utplurimum sponte transverse fragile. *Acetabulum* nullum. *Caput* corpori continuum aut subdiscretum, integrum, v. lobis, plica aut fissuris (respiratoriis?) instructum. *Os* terminale v. superum subterminale, oesophago (proboscide *Auct.*) utplurimum protractili cylindrico. *Tractus* cibarius simplex ano destitutus. *Systema* circulationis perfecte clausum; corda duo. *Systema* nervorum distinctum. *Sexus* discretus. *Femina* a mare forma externa non differt. *Testiculi* et *ovaria*: cava conformia contento solummodo (ovulis aut spermatozois) diversa. *Apertura* genitalis feminea (os *Auct.*) in nonnullis infra caput sita, interdum ampla acetabuliformis (temporaria) aut subbasilaris (anus *Auct.*). *Propagatio* per ovula et forsan per segmenta transverse fissilia. *Corpus* in nonnullis mucum copiose excernit. *Motus* gliscens. — Omnes Maricolae. — *Annulatis* prius perperam adnumerata, in subordine praeprimis. *Bdelidea* (inter Myzelmintha) referunt.

SUBTRIBUS I. HOLOCEPHALA. Caput nec lobis, nec plica, nec fissuris instructum.

XXXIV. BORLASIA *OKEN*.

Planaria *Johnston*. — Nemertes *Hemprich* et *Ehrenberg*. — Polia? *Delle Chiaje*. — Astemma et Cephalothrix *Oersted*.

Corpus longum teretiusculum v. depressum, valde contractile, utplurimum sponte transverse fissile (fragile). *Caput* corpori continuum v. subdiscretum. *Os* terminale. *Ocelli* nulli. *Apertura* feminea infra caput sita, interdum acetabuliformis. — Maricolae.

1. Borlasia nigrofusca *OERSTED*.

Corpus teretiusculum, fragile, antrorsum angustatum medio incrassatum, retrorsum subtilissime attenuatum, supra nigricans, subtus fuscescens. *Caput* corpori continuum obtusatum. *Apertura* feminea elliptica. Longit. 1'.

Nemertes nigrofuscus *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symbol. phys. Phytoz. turbell. Nr. 30. 2.

Borlasia nigrofusca *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 83.

Habitaculum. Sinus Suesensis maris rubri, sub lapidibus (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

„In vase vitreo Sanguisugarum more progredi solebat. — Interdum muco viscoso se obducebat totum, ut tanquam vagina inclusus et vix visibilis esset.“ *Hemprich* et *Ehrenberg*.

2. Borlasia viridis *GRUBE*.

Corpus depressiusculum, retrorsum attenuatum, viride. *Caput* corpori continuum rotundatum. *Apertura* genitalis obsoleta. Longit. ultra 1'; latit. $\frac{1}{2}$'''.

Borlasia viridis *Grube*: Actin. Echinoderm. u. Würmer d. Adriat. u. Mittelmeeres. 59. — *Oersted*: Entw. einer system. Einth d. Plattw. 84.

Habitaculum. Prope Cataneam et Neapolim, inter Algas (*Grube*).

Borlasiae coerulescenti similis. Corpus haud fragile, mucum copiosum excernit. *Grube*.

3. Borlasia Hemprichii *OERSTED.*

Corpus depressum antrorsum angustius obtusum, medio dilatatum, retrorsum subtilissime attenuatum, album, fascia dorsali et ventrali media longitudinali rufo-sanguinea. *Caput* incisura a corpore discretum, transverse bifasciatum. *Apertura* genitalis suborbicularis. Longit. 4'; latit. 4'''.

Nemertes Hemprichii *Ehrenberg*: in *Hemprich* et *Ehrenberg* Symb. phys. Phytoz. turbell. Nr. 30. 1. (et anatom.).
Borlasia Hemprichii *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 83.

Habitaculum. Prope Scherm et Scheech in sinu maris rubri sinaitico. Pinnam vetustam inhabitabat (*Ehrenberg*).

4. Borlasia quinquelineata *QUOY* et *GAIMARD.*

Corpus depressum aequale utraque extremitate rotundatum, albidum, supra fasciis nigris quinque corpori aequilongis, subtus duabus pictum. *Caput* discretum, subconicum, supra fasciis longitudinalibus tribus nigris, subtus duabus. *Apertura* genitalis elliptica. Longit. 3—5'; latit. 4—5'''.

Borlasia quinquelineata *Quoy* et *Gaimard*: in Voyage de l'Astrolabe. Zool. IV. 285. Atlas Vers apodes Tab. XXIV. 1—2. — *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 83.

Habitaculum. Ad portum Dorey in Nova Guinea et ad Novam Islandiam, nec non et aliis locis Oceani pacifici (*Quoy* et *Gaimard*).

5. Borlasia tricuspidata *QUOY* et *GAIMARD.*

Corpus depressum retrorsum attenuatum, passim constrictum, nigro-viride. *Caput* discretum subconicum, supra maculis basilaribus tribus cuspidiformibus, antrorsum flavis, retrorsum viridibus albomarginatis pictum. *Apertura* genitalis longe elliptica. Longit. 4—5''; latit. ad 3'''.

Borlasia tricuspidata *Quoy* et *Gaimard*: in Voyage de l'Astrolabe. Zool. IV. 285. Atlas Vers apodes Tab. XXIV. 12—14. — *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 84.

Habitaculum. Ad insulam Guam (*Quoy* et *Gaimard*).

Species minus cognitae.

6. Borlasia coerulescens *DIESING.*

Corpus teretiusculum retrorsum gracilescens, apice incrassatum, fusco-caeruleum. *Caput* corpori continuum rotundatum. *Apertura* genitalis... Longit. 9″; latit. in parte anter. ad 2‴; postica $\frac{3}{4}$‴ (secundum iconem).

Polia caerulescens *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. III. 172. et 181. Tab. XLIII. 9. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 579. in nota.

Habitaculum. Prope Neapolim inter tophos (*Delle Chiaje*).

7. Borlasia rufifrons *JOHNSTON.*

Corpus teretiusculum lineare, flavescens. *Caput* corpori continuum, rotundatum fuscum. *Apertura* genitalis... Longit. 2″; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Borlasia (Nemertes) rufifrons *Johnston*: in Magaz. of Zool. and Botany I. 538. Tab. XVIII. 4. 5.

Astemma rufifrons *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 574. et Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 82. Fig. xylograph. 13. (caput).

Habitaculum. In sinu Berwickcensi (*Johnston*) — ad littora sinus Codani (*Oersted*).

8. Borlasia longa *DIESING.*

Corpus teretiusculum lineare, antice acutiusculum, coeruleo-griseum. *Apertura* genitalis... Longit. $3\frac{1}{2}$″; latit. $1\frac{1}{4}$‴.

Astemma longum *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 574. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 82.

Habitaculum. Ad littora prope Skagen (*Oersted*).

9. Borlasia Cephalothrix *DIESING.*

Corpus teretiusculum filiforme, utrinque acuminatum, lacteum. *Apertura* genitalis... Longit. 3—4‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Cephalothrix coeca *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 574. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 81. Tab. III. 39. (corporis pars superior).

Habitaculum. Ad littora Hafniae (*Oersted*).

10. Borlasia filiformis *JOHNSTON.*

Corpus teretiusculum filiforme, antrorsum incrassatum, album v. albido-flavum. *Apertura* genitalis... Longit. 1 — 2".

Planaria filiformis *Johnston*: in Zool. Journ. IV. 56.
Borlasia? filiformis *Johnston*: in Annal. and Magaz. of nat. hist. XVI. 434. Tab. XV. 1. a. b.

Habitaculum. Ad littora Britanniae, in limo inter lapides (*Johnston*).

11. Borlasia flaccida *JOHNSTON.*

Corpus elongatum depressum, utrinque angustatum, supra brunneum, subtus albidum. *Apertura* genitalis... Longit. 5"; latit. 4'''.

Planaria flaccida *Johnston*: in Zool. Journ. III. 488.
Borlasia? flaccida *Johnston*: in Annal. and Mag. of nat. hist. XVI. 435.

Habitacŭlum. Sinus Berwickcensis, e profundo maris cum rete piscatorum allata (*Johnston*).

12. Borlasia linearis *DIESING.*

Corpus lineare depressum, utraque extremitate truncatum. *Apertura* genitalis... Longit. 6"; latit. $\frac{1}{2}$'''.

Planaria linearis *Rathke*: in Skrivt. af Naturhist. Selskab. V. 85. Tab. III. 11. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 573.
Cephalothrix? linearis *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 82. in nota.

Habitaculum. Ad littora Daniae (*Rathke*).

13. Borlasia unicolor *JOHNSTON.*

Corpus elongatum lineare, mutabile, fragile, brunneum. *Os* album linea flava. *Apertura* genitalis... Longit. 4" — 1'; latit. $1\frac{1}{2}$'''.

Planaria unicolor *Johnston*: in Zool. Journ. III. 488.
Borlasia? unicolor *Johnston*: in Annal. and Mag. of nat. hist. XVI. 435.

Habitaculum. Inter radices Laminariarum in Britannia haud raro (*Johnston*).

Nota. Ocelli duo in statu juvenili, in adultis nulli.

XXXV. BASEODISCUS *DIESING.*

Polia *Delle Chiaje.* — Borlasia? *Oersted.*

Corpus teretiusculum, apice caudali in discum acetabuliformem explanato, (apertura centrali?). *Caput* discretum. *Os* terminale. *Ocelli* nulli. *Apertura* feminea infra caput sita. — Maricolae.

1. Baseodiscus delineatus *DIESING.*

Corpus teretiusculum subaequale, antrorsum subclavatum, luteum lineis rubris longitudinalibus. *Caput* subglobosum depressum. *Apertura* genitalis subquadrangularis. Longit. ad 1'; latit. part. anter. 2" postic. $1\frac{1}{2}$" (secundum iconem).

Polia delineata *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. et notom. II. 409.—427. (et anatom.) Tab. XXVIII. 4. (animal.)
Polia delineata? *Grube*: Actin. Echinod. u. Würm. d. Adriat. u. Mittelmeeres 57. Fig. 8. a. b.
Borlasia? delineata *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 84.

Habitaculum. Prope Neapolim (*Delle Chiaje*). — Panormi (*Grube*).

XXXVI. VALENCINIA *QUATREFAGES.*

Borlasia *Quoy* et *Gaimard.*

Corpus longum, teretiusculum aut depressum. *Caput* a corpore strictura discretum. *Os* superum subterminale. *Ocelli* nulli. *Apertura* feminea infra os sita. — Maricolae.

1. Valencinia splendida *QUATREFAGES.*

Corpus supra convexiusculum, subtus planum, fulvo-aurantiacum versus caput brunneum. *Caput* trigonum rotundatum. *Os* orbiculare. Longit. 8—10'.

Valencinia splendida *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 186. 187. Tab. VIII. 3. (Anatom.) et: Rech. anat. et phys. Tab. IX. 1. 2.

Habitaculum. Ad insulam Bréhat, raro (*Quatrefages*).

2. Valencinia ornata *QUATREFAGES.*

Corpus depressum, supra vinaceo-rubrum, subtus flavo-roseum, linea longitudinali mediana alba dorsali et ventrali, vage albo-annulatum. *Caput* fere semicirculare, supra os maculae tres albae triangulares retrorsum convergentes. *Os* subellipticum. Longit ad 6'.

Valencinia ornata *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 187. 188. Tab. X. 4. 5. (Anatom.) et: Rech. anat. et phys. Tab. X. 1. 2.

Habitaculum. Ad insulam Bréhat, raro (*Quatrefages*).

3. Valencinia longirostris *QUATREFAGES.*

Corpus depressum, antrorsum albo-flavum, retrorsum sensim rosaceum. *Caput* elongatum lanceolatum. *Os* parvum subovale. Longit. ad 3'.

Valencinia longirostris *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 189. 190. et: Rech. anat. et phys. Tab. X. 3. 4.

Habitaculum. Ad insulam Chausey et Bréhat (*Quatrefages*).

4. Valencinia striata *DIESING.*

Corpus teretiusculum retrorsum valde attenuatum, rubrum striis linearibus fuscis numerosis longitudine corporis. *Caput* subconicum, striatum. *Os* ellipticum amplum. Longit. 6'; latit. part. anter. ad 3''', postic. vix 1'''.

Borlasia striata *Quoy* et *Gaimard*: in Voyage de l'Astrolabe Zool. IV. 286. Atlas Vers Apodes. Tab. XXIV. 3. 4. — *Isis* 1836. — *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 84.

Habitaculum. Ad insulam Guam, Agagua et Humata oceani pacif. (*Quoy* et *Gaimard*).

Species inquirenda.

5. Valencinia annulata *QUATREFAGES.*

Corpus elongatum depressum, retrorsum angustatum, annulatum, hyacinthinum, supra lineis tribus albis longitudinalibus et transversalibus annuliformibus numerosis aequaliter distantibus. *Caput* obcordatum. *Os* rimaeforme. Longit. 1'; latit. $1\frac{1}{2}$'''.

Gordius annulatus *Montagu*: in Linn. Trans. VII. 74. — *Turton*: Brit. Faun. 130. — *Pennant*: Brit. Zool. IV. 73.

Carinella trilineata *Johnston*: in *Loudon's* Magaz. of nat. hist. VI. 332. Fig. xylograph. 24. — *W. Thompson*: in Annal. and Mag. of nat. hist. VII. 482.

Meckelia trilineata *Johnston*: loc. sup. cit. XVI. 435.

Valencinia annulata *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 188. in nota.

Habitaculum. Ad littora Britanniae inter conchas *Cyprinae vulgaris* Sow.

Vermis in tubulo membranaceo molli, utrinque aperto, 4- pollicari repertus, incertum an vermi proprio. Confer quo ad tubulum *Oerstediam tubicolam*.

Genera inquirenda.

XXXVII.? AMPHIPORUS *OERSTED*.

Corpus elongatum depressum aut teretiusculum. *Caput* corpori continuum. *Os* terminale. *Ocelli* nulli. *Apertura* feminea (anus *Auct.*) basilaris. — Maricolae.

1. Amphiporus Neesii *OERSTED*.

Corpus ligulatum, retrorsum valde attenuatum, supra cinereo-violaceum, subtus flavescens. Longit. 9"; latit. 3'''.

Amphiporus Neesii *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 581. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 95.

Habitaculum. Ad insulas Foeroënses (*Nees*).

2. Amphiporus groenlandicus *OERSTED*.

Corpus teretiusculum, fulvum. Longit. 3".

Amphiporus groenlandicus *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 581. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 95.

Habitaculum. Ad littora Groenlandiae.

XXXVIII.? ACROSTOMUM *GRUBE*.

Corpus elongatum depressum. *Caput* a corpore sulco circulari discretum. *Os* terminale. *Ocelli* nulli. *Apertura* feminea (anus *Auct.*) basilaris. — Maricolae.

1. Acrostomum Stannii ***GRUBE.***

Caput subtriquetrum, basi angustatum. *Corpus* utrinque attenuatum, capite latius, cinereum, fragile. Longit. 1″ et 4‴; latit. 3‴.

Acrostoma Stannii *Grube*: Actin. Echinoderm. u. Würm. d. Adriat. u. Mittelmeeres 57. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 581. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 95.

Habitaculum. Mare mediterraneum prope Neapolim (*Grube*).

XXXIX. CEPHALOTRIX *OERSTED.*

Tetrastemma *Oersted* ex parte. — Polia *Quatrefages.*

Corpus teretiusculum aut depressiusculum. *Caput* corpori continuum. *Os* superum. *Ocelli* duo antice siti paralleli. *Apertura* feminea (anus *Auct.*) basilaris. — Maricolae.

1. Cephalothrix Oerstedii ***DIESING.***

Corpus teretiusculum filiforme, utrinque aequaliter attenuatum, antrorsum rubrum, medio flavescens, retrorsum hyalinum. *Ocelli* minutissimi brunnei subterminales. Longit. 3″; latit. vix $\frac{1}{2}$‴.

Cephalothrix bioculata *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 573. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 81. Fig. xylograph. 12.

Habitaculum. In argilla sinus Codani (*Oersted*).

Species minus cognitae.

2. Cephalothrix Filum ***DIESING.***

Corpus teretiusculum filiforme, laete roseum. *Ocelli* magni brunnei. Longit. 3—3$\frac{1}{2}$″.

Polia filum *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 207. 208. Tab. XIII. 4. (Anatom.) et: Rech. anat. et physiol. Tab. XIV. 6. — 8.

Habitaculum. In ostrearis prope St. Vaast, St. Malo et ad insulam Bréhat (*Quatrefages*).

3. Cephalothrix Kroyeri ***DIESING.***

Corpus depressiusculum lineare, antice acutiusculum, postice obtusum, virescens. *Ocelli* nigri. Long. 15‴: latit. 2‴.

Tetrastomma bioculatum *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidsskr. IV. 576. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 87. Fig. xylograph. 17. (caput).

Habitaculum. In sinu Codano (*Oersted*).

XL. OERSTEDIA *QUATREFAGES*.

Polia *Quatrefages*?

Corpus teretiusculum aut depressum. *Caput* corpori continuum. *Os* terminale. *Oesophagus* (proboscis *Quatref.*) protractilis. *Ocelli* quatuor, in quadrangulum dispositi. *Apertura* feminea... — Maricolae.

1. Oerstedia maculata *QUATREFAGES*.

Corpus depressiusculum oblongum. *Caput* corpori continuum, haud excavatum. *Os* subterminale anticum. *Aperturae* genitales serie longitudinali postpositae acetabuliformes, mascula (acetabulum *Auct.*) subcentralis, feminea infera. *Porus excretorius* in margine apicis postici? — *Piscium* oculos et *Amphibiorum* organa varia, folliculo inclusa, inhabitant.

---

[1]) In genere *Aspidogaster*.

[2]) *Distomum Okenii*.

1. Tylodelphys clavata *DIESING.*

Corpus clavatum retrorsum attenuatum. *Os* ovale v. orbiculare. *Aperturae* genitales truncato-conicae, feminea apice stellata, mascula major. Longit. $\frac{1}{6}$—$\frac{1}{5}$''.

Diplostomum clavatum *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. Heft. 42. Tab. III. 5. — 9. Tab. IV. 5. et: in Annal. des sc. nat. XXX. 286. Tab. XVIII. et XIX. — *Gescheidt*: in *Ammon's* Zeitsch. f. Ophthalmol. III. 4. Heft. 428. *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 475.

Habitaculum. *Acerina vulgaris.* — *Perca fluviatilis.* — *Lucioperca Sandra*: in oculo; Septembri (*Nordmann*). — *Esox Lucius* ibidem; Rhedoni (*Dujardin*).

2. Tylodelphys rhachidis *DIESING.*

Corpus elongatum planum, variabile. *Os* suborbiculare limbo elevato. *Apertura* mascula truncato-conica magna, feminea obtuse conica. Longit. $\frac{1}{4}$''.

Caldani: in Memor. della società italiana Verona. 1794. VII. 312.—318. Tab. VII. 7. 8.
Dubium Ranarum *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 268.; ej. Synops. 189.
Diplostomum rhachiaeum *Henle*: in *Froriep's* Notiz. XXXVIII. 19. Fig. 18. — 22. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 475.

Habitaculum. *Pelophylax esculentus* et *Rana temporaria*: in spina dorsali et intestinis, hydatide inclusae (*Caldani*); in *Ran. temporariae* spina dorsali (*Henle*).

XII. DIPLOSTOMUM *NORDMANN.*

Holostomum *Nordmann.*

Corpus teretiusculum vel depressum. *Caput* magnum a corpore strictura discretum, acetabuliforme oblique truncatum latere hians, corpore utplurimum longius. *Os* subterminale anticum in margine superiore. *Aperturae* genitales longitrorsum postpositae, in parte excavata capitis sitae, acetabuliformes, mascula subcentralis (acetabulum *Auct.*), feminea infera. *Porus excretorius* in corporis apice. — *Piscium* praeprimis, rarissime avium incolae.

Situm genitalium ita saltem in Diplost. grande dissecto videre licuit.

1. Diplostomum volvens *NORDMANN.*

Caput planum oblongo-ovatum, apice truncatum obtuse trilobum, margine basilari inflexo. *Aperturae* genitales truncato-conicae, feminea apice stellata mascula major. *Os* suborbiculare. *Corpus* obconicum breve. Longit. $\frac{1}{6}$'''.

Diplostomum volvens *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. Heft. 28. Tab. II. 1.—10. Tab. III. 1.—4. et: in Annal. des sc. nat. XXX. 270. Tab. XVIII. et XIX. — *Gescheidt*: in *Ammon's* Zeitsch. f. Ophthalmol. III. 426. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 474. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 150. et 153.

Habitaculum. *Perca fluviatilis.* — *Lucioperca Sandra.* — *Acerina vulgaris.* — *Lota communis* et *Leuciscus erythrophthalmus*: in oculo (*Nordmann*) — *Leuc. rutilus* et *Lota communis*: in lente crystallina (*Creplin*).

2. Diplostomum cuticola *DIESING.*

Caput planum ovale excavatum antrorsum acuminatum, margine basilari infero. *Os* suborbiculare exiguum. *Aperturae* genitales hemisphaericae feminea, mascula major. *Corpus* ovatum breve. Longit. $\frac{1}{2}$'''.

Holostomum cuticola *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. Heft. 49. Tab. IV. 1.—4. — *Gescheidt*: in *Ammon's* Zeitsch. f. Ophthalmol. III. 429. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 379. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 154.

Habitaculum. *Cyprinus Carpio.* — *Abramis Brama* et *Blieca* (*Nordmann*). *Ab. Vimba* (*Creplin*). — *Leuciscus Idus*, *rutilus* et *erythrophthalmus* (*Nordmann*). — *Chondrostoma Nasus* (*Kollar*): in corporis superficie, cavo oris, masculorum strato supero et oculis, vesicula inclusum. M. C.V.

3. Diplostomum brevicaudatum *DIESING.*

Caput obcordatum antice truncatum. *Os* exiguum. *Apertura* mascula orbicularis, feminea... *Corpus* depressum ovale breve. Longit. $\frac{1}{3}$'''.

Holostomum brevicaudatum *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. Heft. 52. — *Gescheidt*: in *Ammon's* Zeitsch. f. Ophthalmol. III. 430. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 380.

Habitaculum. *Barbus communis*: in oculi corpore vitreo, libere, Februario, Julio et Septembri; Berolini (*Nordmann*).

4. Diplostomum grande *DIESING.*

Caput magnum ovale v. transverse ellipticum planum, antice trilobum v. subintegrum, margine basilari inflexo. *Os* orbiculare. *Apertura* mascula parva orbicularis limbo elevato, feminea multo major limbo orbiculari calloso. *Corpus* teretiusculum subclavatum v. medio ventricosum, longitudine fere capitis. Longit. 1 — 2‴; caput $\frac{1}{2}$ — 1‴ latum; corpus $\frac{1}{4}$‴ crassum.

Habitaculum. *Ardea Leuce*, Julio; *A. Agami*, Septembri: in intestinis, Matogrosso in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Observ. Ovula magna elliptica aurantiaca, in superiore corporis parte pone aperturam femineam.

Species nondum descripta.

5. Diplostomum Peteromyzi fluviatilis *MÜLLER.*:

Vergleichende Neuvrologie der Myxinoiden 1840. 30.

Habitaculum. *Peteromyzon fluviatilis*: in cerebri ventriculo quarto (*Müller*).

XIII. HEMISTOMUM *DIESING.*

Planaria *Goeze.* — Festucaria et Alaria *Schrank.* — Fasciola *Gmelin.* — Strigea *Abildgaard.* — Distoma et Amphistoma *Rudolphi.* — Holostoma *Nitzsch.*

Corpus teretiusculum v. depressiusculum. *Caput* magnum a corpore strictura discretum acetabuliforme, oblique truncatum latere hians, corpore utplurimum longius. *Os* subterminale anticum in margine superiore. *Apertura* genitalis mascula (acetabulum *Auct.*) in parte excavata capitis, acetabuliformis subcentralis utroque latere testiculo (s. toro) oblongo limitata; feminea in corporis apice caudali, acetabuliformis. *Porus* excretorius... — Mammalium et avium incolae, ventriculum et intestina inhabitantes.

* *Testiculis manifestis.*

1. Hemistomum alatum *DIESING.*

Caput ellipticum, marginibus antrorsum explanatis undulatis basi confluentibus integris. *Os* terminale, processubus filiformibus (tentaculis *Auct.*) in utroque capitis margine. *Testiculi* cylindrici utrinque attenuati valde approximati $\frac{2}{3}$ capitis

longi, apertura mascula exigua intermedia. *Corpus* obconicum capite duplo brevius, apertura feminea orbiculari. Long. $1\frac{1}{2}$—3‴.

Planaria alata *Goeze*: Nat. d. Eingeweidew. 76. Tab. XIV. 11.—13. (mala).
Fasciola Vulpis *Gmelin*: Syst. nat. 3053.
Alaria Vulpis *Schrank*: Verzeich. 52.
Festucaria alata *Schrank*: in Vet. Ac. N. Handl. 1790. 118.
Fasciola alata *Rudolphi*: Obs. I. 30. II. 15. et in *Wiedemann's* Arch. III. 84.
Distoma vulpina *Abildgaard*: in Dansk. Selskab. Skrivt. I. 63. (vers. 58.) Tab. V. 6. a. — c.
Distoma alatum *Zeder*: Nachtrag 177. et Naturg. d. Eingeweidew. 213. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 402. ej. Synops. 112. et 412. — *Miram*: in Bullet. de la soc. Imp. d. Natural. de Moscou 1840. 158.
Holostomum alatum *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. III. 399. Tab. IV. 1. — 4. (optima). — *Creplin*: Nov. Obs. d. Entoz. 66. — *Mehlis*: in Isis 1831. 175. — *Gurlt*: Patholog. Anatom. d. Hausth. I. 375. Tab. VIII. 39. 40. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 287. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 367. Tab. VIII. D. — *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. Zoolog. 1847. 318. — 320. Tab. X. 1. et 1. a. (anatom.)

Habitaculum. *Canis Vulpes*: in intestinis tenuibus (*Goeze* et *Zeder*), Martio, Gryphiae (*Rudolphi*), Novembri, Vilnae (*Miram*) — *C. Lupus*: in ventriculo et duodeno, Januario, Berolini (*Rudolphi*), Martio et Aprili, Rhedoni (*Dujardin*) — *C. familiaris*, Gryphiae (*Creplin*) — *C. Azarae*: in int. tenuibus, Aprili in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

2. Hemistomum clathratum *DIESING*.

Caput oblongum ellipticum apice truncatum obtuse trilobum, marginibus inflexis basi confluentibus. *Os* terminale in lobo intermedio. *Testiculi* cylindrici angusti extremitatibus confluentibus, marginibus internis anastomosantibus, $\frac{3}{4}$ capitis longi. *Corpus* elongatum interdum parum constrictum, capite duplo brevius. *Apertura* feminea suborbicularis. Longit. 3‴.

Habitaculum. *Lutra brasiliensis*: in ventriculo et intestinis tenuibus, Augusto, Matogrosso (*Natterer*). M. C.V.

3. Hemistomum cordatum *DIESING*.

Caput obcordatum, marginibus basi confluentibus. *Os* terminale. *Testiculi* magni capiti conformes. *Corpus* obconicum capite longius. *Apertura* feminea limbo amplo orbiculari prominulo. Longit. $1\frac{1}{2}$‴.

Habitaculum. *Felis Catus ferus*: in intestinis tenuibus, Novembri (*Diesing*). M. C. V.

4. Hemistomum pedatum *DIESING.*

Caput cyathiforme, limbo supero undulato, marginibus valde approximatis integris basi confluentibus. *Os* terminale. *Testiculi* oblongi extremitatibus conniventibus capite $\frac{1}{2}$ breviores. *Corpus* longitudine capitis, compressum retrorsum increscens basi excisum, pediforme. *Apertura* feminea limbo elliptico amplo cincta. Longit. $1\frac{1}{2}$—2‴.

Habitaculum. *Didelphis myosurus*, Majo et Junio; *D. cancrivorus*, Decembri: in intestinis tenuibus, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

5. Hemistomum Spathula *DIESING.*

Caput obovatum marginibus inflexis basi confluentibus. *Os* terminale. *Testiculi* elongati utrinque confluentes capite dimidio breviores, apertura mascula parva intermedia. *Corpus* obtuse conicum capite brevius. *Apertura* feminea exigua orbicularis. Longit. 1‴.

Strigea Falconis Palumbarii *Viborg*: Ind. Mus. Vet. Hafn. 243.
Amphistoma Falconis Palumbarii *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 352.
Amphistoma striatum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 343.
Amphistoma macrocephalum (Falconis Milvi) *Rudolphi*: Synops. 88.
Amphistoma macrocephalum *Bremser* non *Rudolphi*: Icon. Helminth. Tab. VIII. 17. et 20.
Holostomum Spathula *Creplin*: Nov. obs. de Entoz. 50. — *Mehlis*: in Isis 1831. 174.—176. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 369. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 129.

Habitaculum. *Falco Buteo*, Januario (*Creplin*), Aprili et Novembri (*Mehlis*) — *F. Nisus*, Novembri (*Creplin*), Aprili et Majo (*Mehlis*) — *F. Lagopus*, Octobri, Gryphiae (*Schilling*) — *F. Palumbarius*, Februario (*Mehlis et M. V.*) — *F. ater* (*Creplin*) — *F. Albicilla*; *Chrysaetos*, *cyanaeus*, *gallicus*, *lanarius*, *Lithofalco*, *Milvus*, *naevius*, *peregrinus*, *rufus et subbuteo*; vario anni tempore (M. V.). — *Strix Aluco*, Martio, Rhedoni (*Dujardin*): omnium in intestinis.

6. Hemistomum excavatum *DIESING.*

Caput obovatum apice truncatum acute trilobum, marginibus basi confluentibus. *Os* anticum in lobo intermedio. *Testi-*

culi semilunares extremitatibus conniventibus, capite fere triplo breviores, apertura mascula exigua intermedia. *Corpus* obconicum capite brevius. *Apertura* feminea orbicularis. Longit. 1 — 1½‴.

Fasciola excavata *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 2. 28.
Distoma excavatum *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. III. 399. Tab. IV. 5. — 7. (optima.) — *Mehlis*: in Isis 1831. 175. — *Nathusius*: in *Wiegmann's* Arch. 1837. I. 53. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 375.

Habitaculum. *Ciconia alba*: in intestinis tenuibus, Julio, Gryphiae (*Rudolphi*), vere et autumno (*Bremser*) — *C. nigra*, Majo (*Nathusius*). M. C. V.

** *Testiculis minus conspicuis.*

7. Hemistomum trilobum *DIESING.*

Caput ovato-oblongum apice trilobum, marginibus basi confluentibus. *Os* anticum in lobo intermedio, apertura mascula subcentrali. *Corpus* obconicum brevissimum. *Apertura* feminea minima. Longit. ½‴.

Distoma trilobum *Rudolphi*: Synops. 104. et 392. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 449.

Habitaculum. *Carbo Cormoranus*: in intestinis, vario anni tempore M. C. V.

8. Hemistomum spathaceum *DIESING.*

Caput obovatum longitudine striatum, apice subtrilobum, marginibus basi confluentibus, apertura mascula orbicularis subcentralis. *Corpus* cylindricum recurvatum medio incrassatum, capite parum longius. *Apertura* feminea exigua. Longit. 1 — 1½‴.

Amphistoma Lari glauci *Rudolphi*: Entoz. Synops. 92.
Distoma spathaceum *Rudolphi*: Synops. 109. et 403.
Holostomum spathaceum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 375. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 139. et 140.

Habitaculum. *Larus argentatus* (*Bremser*), *L. argentatoides* (*Schilling*); *L. canus* (*Creplin*); *L. tridactylus* (*Mehlis*); *L. marinus*, Londini (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

9. Hemistomum denticulatum *DIESING.*

Caput obovato-lanceolatum antrorsum explanatum, marginibus basi confluentibus. *Os* terminale amplum, apertura mascula orbicularis subcentralis. *Corpus* subcylindricum moniliforme retrorsum sensim increscens capite quintuplo longius. *Apertura* feminea orbicularis. Longit. 2 — 3‴.

Amphistoma denticulatum *Rudolphi*: Entoz. Synops. 90. et 358. — *Westrumb*: in Isis 1823. 396.

Holostomum denticulatum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 372. Tab. VIII. a. 1. 2.

Habitaculum. *Alcedo Ispida*, vario anni tempore (*Bremser*), Martio, Rhedoni (*Dujardin*): in intestinis. M. C.V.

10. Hemistomum commutatum *DIESING.*

Caput obovato-oblongum antrorsum explanatum marginibus undulatis basi confluentibus inflexis. *Os* terminale, apertura mascula orbicularis subcentralis infera. *Corpus* obovato-oblongum capite duplo longius. *Apertura* feminea minima. Longit. $1\frac{1}{2}$ — 2‴.

Amphistoma pileatum *Bremser* non *Rudolphi*: Icon. Helminth. Tab. VIII. 28. 29.

Habitaculum. *Sterna caspica*: in intestinis, Junio, copiose (*Diesing*). M. C.V.

11. Hemistomum podomorphum *DIESING.*

Caput ellipticum apice truncatum acute trilobum, marginibus basi confluentibus. *Os* anticum in lobulo intermedio. *Corpus* ovatum, longitudine capitis, capiti transverso una extremitate libero altera sub angulo recto insertum. *Apertura* mascula..., feminea orbicularis. Longit. 1 — 2‴.

Holostomum podomorphum *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. III. 399. Tab. IV. 8. — 10. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 370.

Habitaculum. *Falco Haliaetos*: in intestinis, Hallae (*Nitzsch*).

Species inquirenda.

12. Hemistomum auritum *DIESING.*

Caput oblongum lyraeforme apice excissum. *Os* anticum. *Corpus* ovatum capite dimidio brevius. Longit. $\frac{3}{5}$‴.

Holostomum auritum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 370.

Habitaculum. *Strix flammea*: in intestinis, Aprili, Rhedoni (*Dujardin*).

XIV. HOLOSTOMUM *NITZSCH*.

Planaria *Goeze*. — Festucaria *Schrank*. — Fasciola *Gmelin*. — Strigea *Abildgaård*. — Amphistoma *Rudolphi*.

Corpus teretiusculum v. depressiusculum. *Caput* magnum a corpore strictura discretum, acetabuliforme recte truncatum apice hians, corpore utplurimum brevius. *Os* subterminale anticum in margine supero. *Apertura* genitalis mascula..., testiculi duo in capitis parte excavata, paralleli recte v. in gyros plicati. *Apertura* feminea in corporis apice caudali, acetabuliformis. *Porus* excretorius... — *Avium* incolae, intestina et bursam Fabricii dictam inhabitantes.

1. Holostomum variabile *NITZSCH*.

Caput subglobosum apice bilabiatum, variabile. *Corpus* cylindricum curvatum, utrinque parum attenuatum. *Apertura* feminea limbo orbiculari amplo, tubulo protractili obconico centrali. Longit. 1 — 4‴.

Planaria teres poro simplici *Goeze*: Naturg. d. Eingeweidew. 174. Tab. XIV. 4. — 6.

Festucaria Strigis. *Schrank*: Verz. 16.

Fasciola Strigis *Gmelin*: Syst. nat. 3055.

Strigea *Abildgaard*: in Dansk. Selskab. Skr. I. 1. 37. (vers. 33.) Tab. V. 5. a. — c.

Amphistoma macrocephalum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 340. ej. Synops. 88. exclus. synon. et 354. — *Westrumb*: in Isis 1823. 391. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. VIII. 18. 19. 21. et 22. (haud bonae).

Holostomum variabile *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. III. 400. Tab. IV. 11. — 16. (bonae).

Holostomum macrocephalum *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 288. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 368. 369.

Habitaculum. *Strix brachyotus* (*Abildgaard* et M.V.) — *S. Bubo*, Julio, Gryphiae (*Rudolphi*), hyeme (M.V.) — *S. flammea*, Novembri, Gryphiae (*Rudolphi*) — *S. Otus*, vario anni tempore (*Rudolphi* et *Bremser*) — *S. Aluco*, *passerina* et *Tangmalmi*, vario a. t. (M.V.) — *Falco Tinnunculus* (*Frölich*) et *apivorus*,

Majo, Berolini (*Rudolphi*), autumno (*Bremser*) — *F. albicilla, naevius, gallicus, Lagopus, cineraceus, rufus, Haliaetos, Buteo, peregrinus, pennatus, cyaneus, rufipes* et *imperialis*, vario anni tempore: in intestinis. M. C. V.

2. Holostomum erraticum *DUJARDIN.*

Caput campanulatum, subtrilobum *Corpus* cylindricum incurvatum utrinque attenuatum. *Apertura* feminea immersa orbicularis. Longit. 1 — 2‴.

Strigea Anatis Tadornae *Viborg*: Ind. Mus. Vet. Hafn. 196.
Strigea candida *Abildgaard*: in Zool. Dan. IV. 32. Tab. CXLVIII. C. 1. 2.
Amphistoma Anatis Tadornae *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 352.
Amphistoma isostomum *Rudolphi*: Syneps. 88. et 355. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 377.
Amphistoma erraticum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 344. ej. Synops. 89. et 356. — *Westrumb*: in Isis 1823. 393.
Holostomum macrocephalum *Creplin* ex parte: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXII. 288.
Holostomum erraticum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 373.

Habitaculum. *Colymbus septentrionalis*, Augusto, Gryphiae (*Rudolphi*); *C. arcticus*, autumno (*Bremser*). *C. balticus*, Gryphiae (*Creplin*). — *Scolopax Gallinago*, Julio, Gryphiae (*Rudolphi*); *S. Rusticola*, autumno (*Bremser*). — *Vanellus cristatus* — *Mergus albellus*. — *Anas Cygnus*, *Clangula*, *glacialis*, *Marila*, *fusca*, *Boschas fera*, *mollissima*, *Tadorna*. — *Alca Pica* et *Torda* (*Creplin*): in intestinis. M. C. V.

Species cum praecedente forsan jungenda.

3. Holostomum platycephalum *DUJARDIN.*

Caput supra planum, subtus convexum, apertura transversa. *Corpus* teres utrinque attenuatum. *Apertura* feminea exigua orbicularis. Longit. 4 — 6‴.

Amphistoma platycephalum *Creplin*: Obs. d. Entoz. 39. et 81. et: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 138. 139. 140. et 141.
Holostomum platycephalum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 376.

Habitaculum. *Colymbus rufo-gularis*, Novembri, Decembri et Januario, Gryphiae (*Creplin* et *Schilling*). — *Podiceps cristatus*, Septembri (*Creplin*). — *Larus argentatus* (*Creplin* et *Schilling*); *L. ridibundus* (*Creplin*); *L. fuscus* (*Siebold* et *Schilling*); *L. canus* et *Carbo Cormoranus* (*Siebold*): in bursa Fabricii.

4. Holostomum microstomum *DUJARDIN.*

Caput subconicum apertura parva. *Corpus* teretiusculum incurvatum utrinque attenuatum. *Apertura* feminea crenata. Longit. 1‴.

Amphistoma microstomum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 342. ej. Synops. 88. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 371.

Habitaculum. *Corvus Caryocatactes*: in duodeno, Gryphiae (*Rudolphi*).

5. Holostomum Sphaerula *DUJARDIN.*

Caput subglobosum. *Corpus* oblongum retrorsum attenuatum. *Apertura* feminea orbicularis. Longit. $\frac{1}{2}$ — 1‴.

Amphistoma Sphaerula *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 2. 23. — Entoz. hist. II. 345. ej. Synops. 90. et 358. — *Westrumb*: in Isis 1823. 395. — *Bellingham*: in Magaz. of nat. hist. IV. 1840. 343.

Holostomum Sphaerula *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 371. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 132.

Habitaculum. *Corvus Cornix*, Novembri (*Rudolphi* et *Bremser*); *C. frugilegus* (*Bellingham*); *C. coronae* (*Creplin*): in intestinis. M. C.V.

6. Holostomum sphaerocephalum *DIESING.*

Caput globosum irregulariter crenatum. *Corpus* teretiusculum retrorsum angustatum. *Apertura* feminea orbicularis exigua. Longit. 1‴.

Amphistoma sphaerocephalum *Westrumb*: in Isis 1823. 396.

Habitaculum. *Coracina scutata*: in intestinis, in Brasilia (*Natterer*). M. C.V.

7. Holostomum pileatum *DUJARDIN.*

Caput convexum transverse ellipticum. *Corpus* teretiusculum utplurimum incurvatum, retrorsum obtusum. *Apertura* feminea orbicularis exigua. Longit. 1—2‴.

Festucaria pileata *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. I. 2. 65.

Monostoma pileatum *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 188. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 338.

Amphistoma pileatum *Rudolphi*: Synops. 90. et 358. — *Westrumb*: in Isis 1823. 395.

Holostomum pileatum *Dujardin*· Hist. nat. des Helminth. 377. excl. cit. Brems. *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 137.

Habitaculum. *Sterna Hirundo*, Julio, Gryphiae (*Rudolphi*); *S. cantiaca*, aestate (*Bremser*); *S. macroura* (*Creplin*): in intestinis. M. C.V.

8. Holostomum Cornu *NITZSCH.*

Caput subglobosum apice subbilabiatum. *Corpus* teretiusculum incurvatum retrorsum increscens. *Apertura* feminea orbicularis exigua. Longit. $1\frac{1}{2}'''$.

Holostomum Cornu *Nitzsch*: in lit. ad cel. Rudolphium. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 374.

Amphistoma Cornu *Rudolphi*: Synops. 89. et 357. — *Westrumb*: in Isis. 1823. 394.

Habitaculum. *Ardea cinerea*, Decembri (*Nitzsch*); *A. Garzetta*, autumno (*Bremser*); *A. Nycticorax*, autumno; *A. purpurea*, vere. — *Ciconia alba*, autumno: in intestinis. M. C.V.

9. Holostomum variegatum *DUJARDIN.*

Caput elongatum apice subbilabiatum. *Corpus* teretiusculum utrinque attenuatum. *Apertura* feminea exigua inaequalis. Longit. $3-4\frac{1}{2}'''$.

Amphistoma variegatum *Creplin*: Obs. de Entoz. 38. Fig. 4. — 6. et: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 139. 140. et 146.

Holostomum variegatum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 376.

Habitaculum. *Larus maximus*, *argentatus*, *marinus* — *Alca Torda*, Gryphiae (*Schilling*). — *Uria Troill.* (*Creplin*) in intestinis.

10. Holostomum gracile *DUJARDIN.*

Caput elongatum labiatum corpore vix crassius. *Corpus* teretiusculum utrinque attenuatum. *Apertura* feminea exigue prominula. Longit. ultra $1'''$.

Amphistoma gracile *Rudolphi*: Synops. 89. et 355. — *Westrumb*: in Isis 1823. 393.

Holostomum gracile *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 378. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 141. 142. 144. et 145.

Habitaculum. *Mergus Merganser*, hyeme et vere; *M. albellus*, vere (M. V.); *M. Serrator* (*Schilling*). — *Anas albifrons*, *Clangula* et *fusca* (*Mehlis*): in intestinis. M. C.V.

11. Holostomum longicolle *DUJARDIN.*

Caput obcordatum. *Corpus* in collum longissimum attenuatum, retrorsum incrassatum oblongum obtusum. *Apertura* feminea limbo orbiculari amplo cincta. Longit. 5—8‴.

Amphistoma longicolle *Rudolphi*: Synops. 87. et 352. — *Westrumb*: in Isis 1823. 390. Tab. V. 1. (rudis.) — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. VIII. 15. et 16. (melior).
Holostomum longicolle *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 374.

Habitaculum. *Ardea alba* (*Hübner*). *A. stellaris*, aestate. — *Larus ridibundus*, aestate: in intestinis. M. C. V.

12. Holostomum tenuicolle *DIESING.*

Caput obovatum depressiusculum, apice inciso-crenatum. *Corpus* in collum longissimum filiforme attenuatum, retrorsum ovato-oblongum depressiusculum. *Apertura* feminea limbo amplo cincta. Longit. 3—6‴.

Amphistoma tenuicolle *Westrumb*: in Isis 1823. 391. Tab. V. 2. (rudis).

Habitaculum. *Falco rufus*: in intestinis, vere (*Bremser*). M. C. V.

13. Holostomum Serpens *NITZSCH.*

Caput galeatum, subbilabiatum, labio supero multo majore resupinato. *Testiculi* in labio infero, in appendiculos duos marginales producti. *Corpus* longissimum subcylindricum, antrorsum sensim attenuatum. *Apertura* feminea exigua, vagina protractili obconica margine tumidulo cincta. Longit. 6—10‴.

Amphistoma Serpens *Rudolphi*: Entoz. Synops. 88. et 353.
Holostomum Serpens *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. III. 400. Tab. IV. 17. 22. 17* (in copula?) — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 371.

Habitaculum. *Falco Haliaetos*: in intestinis, Septembri (*Nitzsch*). M. C. V.

Species inquirendae.

14. Holostomum cornutum *DUJARDIN.*

Caput hemisphaericum multilobum. *Corpus* elongatum crenulatum, hinc convexum illinc concavum, basi truncatum. *Apertura* feminea subbasilaris. Longit. 1‴.

Amphistoma cornutum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 343. Tab. V. 4. — 7. ej. Synops. 90.
Holostomum cornutum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 372.

Habitaculum. *Charadrius pluvialis*: in intestinis, Octobri, Gryphiae (*Rudolphi*).

Praeter ovula sensim quoque oviductum excernit.

XV. EUSTEMMA *DIESING.*

Corpus teretiusculum capite multo longius. *Caput* magnum a corpore strictura discretum, subcylindricum, lobis quatuor terminalibus cruciatim oppositis patentibus v. conniventibus coronatum. *Os*... et *Apertura* genitalis mascula... *Apertura* feminea in corporis apice caudali acetabuliformis. *Porus* excretorius... — *Avium* incolae.

1. Eustemma Caryophyllum *DIESING.*

Corpus antrorsum filiforme, retrorsum sensim incrassatum. *Capitis* lobi apice truncati capite triplo fere breviores. Longit. 4—5‴; crass. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$‴.

Habitaculum. *Falco pileatus*: in intestinis, Majo, ad Rio Parana in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Obs. In generibus XI.—XV. penem exertum nunquam vidi.

XVI.? CODONOCEPHALUS *DIESING.*

Amphistoma *Rudolphi.*

Corpus teretiusculum. *Caput* discretum, infundibuliforme v. campanulatum, longitudine irregulariter plicatum, margine repando crenatum. *Os*... *Bulla* in fundo capitis pellucida (pharynx?) medio poro instructa. *Apertura* genitalis (feminea?) basilaris acetabuliformis. *Porus* excretorius... — *Batrachiorum* incolae.

1. Codonocephalus mutabilis *DIESING.*

Corpus subclavatum, passim constrictum et transverse plicatum, mutabile, capite quintuplo fere longius. Long. 1—3‴.

Amphistoma urnigerum *Rudolphi*: Synops. 89. et 356. — *Westrumb*: in Isis 1823. 394. — *Creplin*: Obs. de Entoz. 41. — *Bremser*: Icon. Tab. VIII. 24. — 27. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 378. et 379.

Habitaculum. *Pelophylax esculentus*: in intestino recto et ad viscera varia vesicula inclusus, omni anni tempore (*Bremser*); ibidem et inter musculos, Gryphiae (*Creplin*). M. C. V.

XVII.? DIPLODISCUS *DIESING*.

Planaria *Goeze*. — Fasciola *Schrank*. — Distoma *Zeder*. — Hirudo *Braun*. — Amphistoma *Rudolphi*.

Corpus teretiusculum v. depressum. *Caput* corpori continuum. *Os* terminale acetabuliforme. *Apertura* mascula... feminea (acetabulum *Auct.*) infera aut basilaris, centralis acetabuliformis, limbo amplo cincta. *Porus* excretorius... — *Batrachiorum* endoparasita.

1. Diplodiscus subclavatus *DIESING*.

Corpus conicum, mutabile. *Apertura* feminea basilaris. Long. $\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$'''; antrorsum $\frac{1}{3}$ — $\frac{6}{7}$'''; retrorsum ultra 1''' crassum.

Planaria subclavata *Goeze*: Naturg. d. Eingeweidew. 93. et 178. Tab. XV. 2. et 3.
Fasciola subclavata *Schrank*: Verzeich. 19.
Distoma subclavatum *Zeder*: Nachtrag 185.
Hirudo Tuba *Braun*: System. Beschr. ein. Egelart. 49. Tab. V. 5. — 8.
Amphistoma subclavatum *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 92. — *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 198. Tab. III. 3. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 348. ej. Synops. 90. et 358. — *Westrumb*: in Isis 1823. 369. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. VIII. 30. — 31. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 336. — 339. — *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. Zoolog. 1847. 316. et 317. Tab. XIV. 1. (anatom.)
Amphistomum subclavatum *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. III. 398.
Diplodiscus subclavatus *Diesing*: in Annal. d. Wiener Mus. I. 233. Tab. XXIV. 19. — 24. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1837. I. 263. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 286.

Habitaculum. *Dendrohyas viridis*, Augusto (*Goeze*) in intestino recto. — *Rana temporaria* et *Pelophylax esculentus*, vario anni tempore (*Zeder*, *Rudolphi*, *Bremser* et p. a.). — *Phryne vulgaris*: in vesica urinaria (*Goeze*), Berolini, Julio (*Rudolphi*). — *Bufo viridis* et *Bombinator igneus* (*Creplin*). — *Leptodactylus sibilatrix*,

Novembri et Decembri, in Brasilia (*Natterer*): in intestino recto. M. C. V.

2. Diplodiscus unguiculatus *DIESING.*

Corpus oblongum depressum. *Apertura* feminea infera antica. Longit. 1‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Amphistoma unguiculatum *Rudolphi*: Entoz. Synops. 91. et 360. — *Westrumb*: in Isis 1823. 397.

Diplodiscus unguiculatus *Diesing*: in Annal. d. Wiener Mus. I. 254. Tab. XXIV. 25. — 27.

Habitaculum. *Lissotriton punctatus*, in intestinis, Majo, Berolini (*Rudolphi*), aestate (*Bremser*). M. C. V.

Pro speciei praecedentis individua juniora habet *Creplin.*

** *Aperturae genitales approximatae juxtapositae.*

XVIII. MONOSTOMUM *ZEDER.*

Cucullanus *Müller.* — Festucaria *Schrank.* — Fasciola *Goeze.* — Amphistoma *Rudolphi.* — Distoma et Monostoma *Zeder.*

Corpus depressum v. teretiusculum. *Caput* continuum v. collo discretum. *Os* terminale v. anticum, utplurimum acetabuliforme, integrum, crenulatum, inerme v. armatum. *Apertura* genitalis mascula infra os, interdum acetabuliformis, pene protractili; feminea pone masculam minima utplurimum inconspicua. *Porus* excretorius supra caudae apicem aut in margine caudali. — Mammalium, Avium, Amphibiorum et Piscium incolae, praeter tractum intestinalem organa varia inhabitantes, liberae aut folliculo inclusae.

Cave ne Bothriocephalidearum articulum solitarium pro *Monostomum* habeas, aut porum genitalem interdum callosum cum acetabulo confundas.

* *Corpus planum vel depressum.*

1. Monostomum foliaceum *RUDOLPHI.*

Corpus ovato-ellipticum utrinque obtusum, supra convexiusculum subtus planum v. concavum, reticulo subcutaneo tenuissimo. *Os* terminale acetabuliforme protractile. Longit. 3‴ — 1″; latit. 1 — 4‴.

Monostoma foliaceum *Rudolphi*: Entoz. Synops. 83. et 340. — *Bremser*: Icon. Helm. Tab. VIII. 3 — 7. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helmith. 364.

Habitaculum. *Accipenser Sturio*: in cavo abdominis, Majo, Armini (*Rudolphi*); *A. glaber*, ibidem Junio et Julio; *A. stellatus*, ibidem Junio, Vindobonae (*Diesing*).

2. Monostomum liguloideum *DIESING.*

Corpus longissimum planum ligulaeforme, utrinque rotundatum. *Os* terminale, limbo prominulo orbiculari. Long. 3 — $4\frac{1}{2}$'''; latit. 3'''.

Habitaculum. *Vastres Cuvieri*: in cavo abdominis, Januario et Februario, Borbae in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

3. Monostomum orbiculare *RUDOLPHI.*

Corpus orbiculare hinc convexum illinc concavum. *Os* terminale oblongo-ovatum. Diameter ad 1'''.

Monostoma orbiculare *Rudolphi*: Entoz. Synops. 83. et 342. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 360.

Habitaculum. *Box Salpa*: in intestinis inferis, Junio et Julio, Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

4. Monostomum Cymbium *DIESING.*

Corpus ovato-ellipticum, supra excavatum, subtus ventricosum. *Os* subterminale orbiculare minimum. Longit. 4'''; latit. $1\frac{1}{2}$'''.

Habitaculum. *Himantopus Wilsonii*: in oesophago, Majo, Caicarae in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

5. Monostomum Faba *BREMSER.*

Corpus depressum transverse ellipticum v. suborbiculare. supra convexum subtus planum vel concavum. *Os* terminale orbiculare, in medio corporis margine. *Porus excretorius* in medio marginis postici producti basilaris. Longit. ad 2'''; latit. ad $2\frac{1}{2}$'''.

Monostoma Faba *Bremser* in *Schmalz*: Tab. anat. entoz. illust. 11 — 16. Tab. VI. 1 — 9. (situ inverso). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 346 — 348.

Monostomum Faba *Bremser*. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1839. 1. I. (et anatom.) et in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 285.

Monostoma bijugum *Miescher*: Beschreib. u. Unters. d. Monost. bijugum 1—28. Tab. I. 1—8. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1839. 160—162.

Globularia *Rolando*: in Atti dell' Academ. d. sc. di Siena 1841 (anno 1805 desc.) X. cum icon.

Habitaculum. *Sturnus vulgaris* (*Rolando*). — *Parus major* (*S. T. Soemmering*). — *Sylvia Sibilatrix* (*Bremser*), Julio (*Dies.*). — *S. Trochilus* (*Creplin*). — *Motacilla Boarula* (*Fischer*), Julio (*Dies.*) — *Fringilla Spinus* (*Miescher*); *F. canaria* (*Schinz*); *F. domestica* (*Inhof* et *Miescher*). — Bina individua ventre sibi adjacentia, ad quae rarius accedit tertium, inhabitant folliculos magnitudine pisi, media in superficie foraminulo instructos: in cute ad anum, crura, etc. praecipue avium juvenilium. M. C. V.

6. Monostomum Squamula *DIESING.*

Corpus planum late obcordatum basi et apice emarginatum, supra convexiusculum, marginibus lateralibus inflexum. *Os* in emarginaturae terminalis sinu, amplum prominulum. Longit. 1'''; latit. $1\frac{1}{3}$'''.

Distoma Squamula *Rudolphi*: Synops. 103. et 390. — *Bremser*: Icon. Tab. IX. 9. et 10. *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 406.

Habitaculum. *Mustela Putorius*: in intestinis, autumno (*Bremser*); Januario, Tolosae (*Dujardin*).

7. Monostomum expansum *CREPLIN.*

Corpus planum, antrorsum latissime expansum, retrorsum sublineare obtusatum longius. *Os* minimum in medio marginis antici. Longit. 2'''—$2\frac{3}{4}$'''.

Monostomum expansum *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1842. 327. (et anatom.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 345. et 346.

Habitaculum. *Falco Haliaetus*: in intestinis tenuibus Majo, Gryphiae (*Creplin*).

8. Monostomum Crucibulum *RUDOLPHI.*

Corpus subellipticum utrinque antrorsum magis attenuatum, supra convexum subtus planum. *Os* terminale crucibuliforme prominulum. Longit. $1\frac{1}{2}$'''; latit. $\frac{1}{2}$'''.

Monostoma Crucibulum *Rudolphi*: Synops. 83. et 342. — *Dujardin* Hist. nat. des Helminth. 363.

Distoma? Crucibulum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 435.

Habitaculum. *Conger vulgaris* et *Cassinii*: in intestinis, Junio et Julio Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

9. Monostomum praemorsum *NORDMANN.*

Corpus planum elongatum antice rotundatum postice praemorsum. *Os* terminale minimum. *Penis* longus infra os, basi limbo cinctus. Longit. $4\frac{1}{4}'''$; latit. $\frac{3}{4}'''$.

Monostoma praemorsum *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 55. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 363.

Habitaculum. *Abramis Brama*: in regione branchiorum, Augusto, Berolini (*Nordmann*).

10. Monostomum constrictum *DIESING.*

Corpus planum ovato-lanceolatum marginibus undulatum, retrorsum attenuatum constrictum. *Os* terminale orbiculare amplum. Longit. $\frac{3}{4}'''$; medio $\frac{1}{4}'''$ latum.

Habitaculum. *Abramis Brama*: in oculi camera anteriore (*Diesing*).

11. Monostomum ellipticum *RUDOLPHI.*

Corpus depressum oblongum retrorsum dilatatum obtusum, supra convexiusculum, subtus planum. *Os* terminale orbiculare minimum. Longit. $3''$; antrorsum $\frac{1}{3}$; retrorsum $\frac{3}{4}'''$ latum.

Monostoma Bombynae *Zeder*: Nachtrag. 160. et Anleit. z. Naturg. d. Eingeweidew. 190.

Monostoma ellipticum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 1. 333. ej. Synops. 84. et 344. — *Bremser*: Icon. Tab. VIII. 12. — 14. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 359.

Habitaculum. *Bombinator igneus*: in pulmonibus, Julio (*Zeder*); Junio, Berolini (*Gaede*); vario anni tempore (*Bremser* et *Dies.*). — *Phryne vulgaris*, vere. M. C. V.

Cl. *Dujardin*, cum Distomo variegato identicum habet.

12. Monostomum attenuatum *RUDOLPHI.*

Corpus depressum elongatum antrorsum attenuatum, retrorsum rotundatum. *Os* terminale orbiculare. Long. $1\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{3}'''$.

Monostoma attenuatum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 1. 328. ej. Synops. 84. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 350. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 141. 142. 144. et 145.

Habitaculum. *Scolopax Gallinago*, Julio, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Anas clypeata* (*Braun*); *A. Clangula*, *fusca*, *Fuligula*, *glacialis*, *Tadorna et Musicus* (*Mehlis*); *A. ferina et Anser dom.* (*Creplin*). — *Mergus Serrator et Merganser* (*Mehlis*): in intestinis coecis.

Cl. *Creplin*, cum *Notocotyle* identicum suspicat.

13. Monostomum mutabile *ZEDER*.

Corpus depressum oblongum, antrorsum in collum conicum attenuatum, retrorsum rotundatum, supra convexiusculum subtus planum. *Os* terminale orbiculare exiguum. *Penis* brevis filiciformis subrecurvus ore fere contiguus. Long. 4—11‴: retrorsum 2—4‴ latum.

Monostoma mutabile *Zeder*: Nachtrag. 154. et Anleit. z. Nat. d. Eingeweidew. 189. Tab. III. 1. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 333. ej. Synops. 85. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1835. 49. Tab. I. (de evolut.) — *Mehlis*: in Isis 1831. 171. — *Leuckart*: Zool. Bruchst. III. 35. Tab. I. 12. a. b. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 351. — 355.

Monostoma Vanelli *Rudolphi*: Synops. 87. et 350.

Monostoma Himantopodis *Rudolphi*: Synops. 87.

Distoma Calidris *Rudolphi*: Synops. 120.

Monostomum microstomum *Creplin*: Nov. observ. 49. Tab. I. 10. et 11 — *Mehlis*: in Isis 1831. 171.

Habitaculum. *Gallinula chloropus*: in cavo abdominis, Junio (*Zeder*). — *Fulica atra*: in cav. abd. et thoracis (*Siebold*): Decembri, Gryphiae (*Barkow*); *Ful. armillata*: in cella infraorbitali, Februario in Brasilia (*Natterer*). — *Ardea Grus*: in trachea et cavo sterni, Martio, Gryphiae (*Laurer*). — *Vanellus cristatus*: pulmonibus adhaerens (*M. C. V.*). — *Himantopus melanopterus*: in intestinis (*Bremser*) cavo abdominis, Junio (*Dies.*); *H. Wilsonii*: in cavo abdom. Martio, Aprili et Julio in Brasilia (*Natterer*). — *Numenius arquatus*: in cav. abd. (*Hermann*). — *Totanus Calidris*: in intestinis (*M. C. V.*); *T. fuscus*: in intest. Octobri (*Dies.*); *T. flavipes*: in cav. thor. abdom. et cella infraorb. Septembri in Brasilia (*Natterer*). — *Rallus aquaticus*: in cella infraorb. (*Siebold*). — *Anas clangula*: in cella infraorb. (*Nitzsch*); *A. Anser*

dom. in cella infraorb. (*Wiesenthal, Siebold et D.*) — *Crax Alector*: in cavo abdom. et in intest. Octobri. — *Falco hamatus*: sub membrana nictitante, Octobri; *F. milvoides*: in intest. et cella infraorb. Octobri in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

De Epizoozia verminosa Anserum vide *Wiesenthal*: in Medical and Physical Journal 1799. II. 204. et: Der Land- und Hauswirth. Halle, 1819. N. 3. Jan. 22. p. 23.

14. Monostomum flavum *MEHLIS.*

Corpus depressum ovato-ellipticum subtus parum excavatum, reticulatum. *Os* subterminale orbiculare exiguum. Long. 6—7''; latit. $2\frac{1}{3}$—$3\frac{1}{2}$'''.

Monostoma flavum *Mehlis*: in Isis 1831. 172. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1833. 66. nota 3. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 355.

Habitaculum. *Anas mollissima*, *fusca*, *Marila et fuliginosa*: in trachea, oesophago et cavo thoracis (*Mehlis*). — *Mergus albellus et Serrator*, in trachea et cella infraorbitali (*Siebold*).

15. Monostomum plicatum *CREPLIN.*

Corpus depressum subellipticum marginibus plicatum, subtus longitudine plicatum. *Os* subterminale transversum. *Penis* longus filiformis apice incrassatus, basi limbo cinctus. Longit. $2\frac{3}{4}$—$3\frac{1}{2}$'''; latit. $1\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$'''.

Monostomum plicatum *Creplin*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIV. II. 871. Tab. LII. 9.—11. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 344.

Habitaculum. *Balaena borealis*: in oesophago et intestinis, Majo Gryphiae (*Holthoff*).

16. Monostomum Hippocrepis *DIESING.*

Corpus depressum elongatum oblongum retrorsum increscens, utrinque rotundatum. *Os* anticum orbiculare amplum, limbo lato semicirculari cinctum. *Vagina* penis long. spiralis echinata, basi limbo cincta. Longit. 4—7''; antrorsum 1''; retrorsum $1\frac{1}{2}$''' latum.

Habitaculum. *Hydrochoerus Capybara*: in intestino crasso, in Brasilia (*Natterer*). M C. V.

17. Monostomum spirale *DIESING.*

Corpus depressum elongatum, utrinque rotundatum, supra convexum, subtus canaliculatum, spiraliter tortum. *Os* subterminale orbiculare. *Vagina* penis brevis cylindrica echinata. Longit. 10—12″; latit. 1—1½″.

Habitaculum. *Hypsilophus tuberculatus*, Aprili. — *Podocnemis Tracaxa*, Martio. — *Chelonsidis tuberculatus*, Junio: in intestinis, in Brasilia (*Natterer*). M C. V.

18. Monostomum trigonocephalum *RUDOLPHI.*

Corpus planum, elongatum, antrorsum attenuatum retrorsum rotundatum. *Caput* continuum trigonum, marginibus callosis prominentibus, ore terminali, orbiculari, juventute depressum supra convexiusculum subtus excavatum. Longit. 1½—4‴; latit. ⅓—1‴.

Planaria Midae *Braun*: in literis ad Rudolphium.
Monostoma trigonocephalum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 336. ej. Synops. 86. et 349. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 358.
Monostoma rubrum et album *Kuhl* et *Hasselt*: in Isis 1822. 113. et: in *Ferussac* Bullet. d. sc. nat. II. 311.

Habitaculum. *Halichelys atra*: in oesophago, ventriculo et toto tractu intestinali (*Braun*, *Kuhl et van Hasselt*); Majo, Armini, Octobri, Berolini (*Rudolphi*); in Brasilia vario anni tempore (*Natterer*). M. C. V.

19. Monostomum delicatulum *DIESING.*

Corpus planum lineare antrorsum parum increscens, utrinque rotundatum. *Os* terminale orbiculare exiguum. Long. 1½‴; latit. ultra ¼‴.

Distoma Testudinis *Rudolphi*: Synops. 121.

Habitaculum. *Emys europaea et Halichelys atra*: in intestinis. M C. V.

20. Monostomum sulcatum *RUDOLPHI.*

Corpus depressum lineare, subtus sulcatum. *Os* acetabuliforme transverse ellipticum corpore latius. Longit. 1½—2‴; latit. ⅓‴.

Monostoma sulcatum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 337. ej. Synops. 86. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 359.

Habitaculum. *Asterodactylus Pipa* (spiritu vini servatus): in intestinis (*Rudolphi*).

21. Monostomum echinostomum *DIESING.*

Corpus depressum lineare, antrorsum in collum attenuatum postice rotundatum. *Os* terminale amplum, limbo uncinularum corona simplici cincto. Longit. 1‴; latit. $\frac{1}{3}$‴.

Distoma planicolle *Rudolphi*: Synops. 686. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 430.

Habitaculum. *Cathartes Aura*, Februario. — *Sula fusca* in intestinis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

** *Corpus teretiusculum v. subtriquetrum.*

22. Monostomum capitellatum *RUDOLPHI.*

Corpus teretiusculum lineare, retrorsum obtusum. *Os* terminale limbo prominulo subgloboso. Longit. 2—5$\frac{1}{2}$‴; latit. $\frac{1}{3}$‴.

Monostoma capitellatum *Rudolphi*: Synops. 83. et 343. — *Dujardin*. Hist. nat. des Helminth. 360.

Habitaculum. *Box Salpa*: in intestinis, praesertim inferioribus, Junio et Julio, Neapoli (*Rudolphi*). — *Scomber Scombrus* M. C. V.

23. Monostomum ocreatum *ZEDER.*

Corpus teretiusculum filiforme, apice postico retroflexo geniculatum. *Os* terminale orbiculare amplum. Longit. 1—2″; latit. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$‴.

Fasciola ocreata *Goeze*: Naturgesch. d. Eingeweidew. 182. Tab. XV. 67.
Cucullanus Talpae *Müller*: in Naturf. 22. St. 77.
Cucullanus ocreatus *Schrank*: Verzeich. 14. et 95.
Monostoma ocreatum *Zeder*: Nachtrag 152. et Naturg. d. Eingeweidew. 189. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 329. ej. Synops. 84. — *Bremser*: Icon. Tab. VIII. 10. et 11. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helm. 344.
Distoma Lorum *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 407.

Habitaculum. *Talpa europaea*: in intestinis (*Goeze, Zeder, Bremser, Dujardin* et p. a.). M. C. V.

Cl. *Dujardin* porus excretorius in geniculo acetabulum est.

24. Monostomum Cornu *RUDOLPHI.*

Corpus teretiusculum incurvatum, retrorsum attenuatum. *Os* terminale oblongum subintegerrimum. Longit. 1—2‴; latit. $\frac{1}{4}$‴.

Distoma Cornu *Zeder*: Nachtrag. 181. Tab. II. 1. —3. et Nat. d. Eingeweidew. 218.

Amphistoma Cornu *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 346.

Monostoma Cornu *Rudolphi*: Synops. 85. et 345. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 349.

Habitaculum. *Ardea cinerea*: in intestinis, Novembri (*Goeze*); *A. nycticorax*. M. C. V.

25. Monostomum galeatum *RUDOLPHI.*

Corpus teretiusculum retrorsum attenuatum, apice postico emarginato v. appendiculo ovali instructo. *Os* terminale subtetragonum prominulum limbo superiore sexdentato. Long. $\frac{1}{2}$‴; latit. $\frac{1}{8}$‴.

Monostoma galeatum *Rudolphi*: Synops. 86. et 349. — *Dujardin*: Hist. nat des Helminth. 362.

Habitaculum. *Lichia glauca*: in intestinis, Augusto, Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

26. Monostomum Filum *DUJARDIN.*

Corpus teretiusculum filiforme. *Os* subterminale acetabuliforme, apertura ampla antica. Longit. ad 9‴; latit. $\frac{1}{10}$‴.

Monostoma Filum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 362.

Habitaculum. *Scomber Scombrus*: in intestinis, Rhedoni (*Dujardin*).

27. Monostomum crenulatum *RUDOLPHI.*

Corpus teretiusculum, antrorsum gracilescens, retrorsum obtusum. *Os* terminale orbiculare crenulatum. Longit. 1‴.

Monostoma crenulatum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 328. ej. Synops. 84. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 348.

Habitaculum. *Sylvia Phoenicurus*: in intestinis, Majo, Gryphiae (*Rudolphi*).

28. Monostomum ventricosum *RUDOLPHI.*

Corpus teretiusculum antrorsum crassissimum subglobosum, retrorsum cylindricum. *Os* terminale subconicum prominulum. Longit. $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{2}'''$.

Festucaria ventricosa *Rudolphi:* in *Wiedemann's* Arch. III. 20.
Monostoma ventricosum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 335. ej. Synops. 86. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 348.

Habitaculum. *Sylvia Luscinia*: in abdomine, Majo, Gryphiae (*Rudolphi*).

29. Monostomum prismaticum *ZEDER.*

Corpus subtriquetrum utrinque obtusum. *Os* subterminale anticum orbiculare exiguum. Longit. 3'''; latit. 2'''.

Monostoma prismaticum *Zeder*: Nachtrag. 151. et Nat. d. Eingeweidew. 188. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 334. ej. Synops. 85. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 349.

Habitaculum. *Corvus frugilegus*: in cavo abdominis, aestate (*Zeder*).

Species inquirendae.

30. Monostomum caryophyllinum *ZEDER.*

Corpus depressum antice obtusum postice acutiusculum. *Os* anticum amplissimum rhomboidale. Longit. $\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{2}'''$.

Festucaria caryophyllina *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 2. 66. Tab. I. 3.

Monostoma caryophyllinum *Zeder*: Nat. d. Eingeweidew. 189. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 335. Tab. IX. 5. ej. Synops. 82. — *Bremser*: Icon. Tab. VIII. 1. et 2. — *Gurlt*: in Magaz. f. gesammte Thierheilk. 4. Jahrg. 289. — *Creplin*: Obs. d. Entoz. 80. et: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 285. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helm. 360.
Hypostoma Caryophyllinus *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 581.

Habitaculum. *Gasterosteus aculeatus*: in intestinis, Junio, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Anas Boschas dom.*, cum pisce in intestina translatum, Berolini (*Gurlt*).

31. Monostomum gracile *RUDOLPHI.*

Corpus depressum antice obtusum postice acutum. *Os* anticum ovale. Longit. 3—6'''; medio $\frac{1}{3}'''$ latum.

Acharius: in Vet. Ac. Nya Handl. 1780. 53. Tab. II. 8, 9.
Monostoma gracile *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 326. ej. Synops. 82. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 363.

Habitaculum. *Osmerus Eperlanus*: in cavo abdominis (*Acharius*).

32. Monostomum Maraenulae *RUDOLPHI.*

Corpus depressum subclavatum, antrorsum obtusum, retrorsum attenuatum. *Os* anticum rhomboidale magnum. Longit...

Monostoma Maraenulae *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 339. ej. Synops. 87.

Habitaculum. *Coregonus Maraenula*: in folliculo ventriculo annexum (*Braun*).

33. Monostomum cochleariforme *RUDOLPHI.*

Corpus teretiusculum, antice obtusum. *Os* anticum ovale. Longit. $\frac{1}{2}''$; latit. $\frac{1}{2}'''$.

Festucaria cyprinacea *Schrank*: in Vet. Acad. Nya Handl. 1790. 122. et Samml. naturhist. Aufsätze. 334. Tab. V. 18. — 20.
Distoma punctatum *Zeder*: Nachtr. 184. et: Nat. d. Eingeweidew. 217.
Monostoma cochleariforme *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 326. ej. Synops. 82. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 362.

Habitaculum. *Barbus communis*: in intestinis (*Schrank*).

Species quatuor antecedentes 30. — 33. (Hypostomata *Rudolphi*) Dibothrios juveniles esse credit cl. *Creplinius*.

34. Monostomum lentis *NORDMANN.*

Longit. $\frac{1}{10}'''$.

Monostoma lentis *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. Heft II. IX. 9. — *Gescheidt*: in *Ammon's* Zeitsch. f. d. Ophthalmolog. III. Heft. IV. 421.
Distoma *Ammon?*: Klinische Darstell. d. Krankheit. d. menschl. Auges. III. 73. Tab. XIV. 19. et 20.

Habitaculum. *Homo*: in substantia lentis oculi vetulae, Majo, individua octo (*Jünken et Nordmann*).

Vermiculos variabiles nunc lagenaeformes, nunc fusiformes, acetabulo a cel. *Ammon* non delineato, potius pro *Monostomi speciem* habeo.

35. Monostomum Vespertilionis *CAT. E. V.*

Monostoma Vespertilionis *Cat. E. V.* mscptum. et *Rudolphi*: Synops. 87.

Habitaculum. *Vespertilio Noctula*: in intestinis. M. C. V.

Pauca et manca individua prostant.

36. Monostomum Delphini *BLAINVILLE.*

Descriptio omnimodo insufficiens.

Monostoma Delphini *Blainville*: in Nouv. Bullet. des Scienc. par la Société. philomat. Déc. et: in *Froriep's* Notiz. XII. 212.

Habitaculum. *Delphinus Dalei* spec. affin.: in adipe, folliculo inclusum (*Blainville*).

37. Monostomum Leporis *KUHN.*

Corpus ovale depressiusculum. *Caput* subovatum a corpore strictura discretum. *Os* terminale. Longit. 3‴; latit. 1‴.

Monostoma Leporis *Kuhn*: in Annal. des scienc. d'Observ. II. 464. Tab. XI. 6. et 7.

Habitaculum. *Lepus Cuniculus*: ad peritonaeum (*Kuhn*).

Vermiculi similes in cavo abdominis *Cuniculi* ab amico *Czermack* lecti, probabiliter ad *Cysticercum pisiformen* referendi.

38. Monostomum macrostomum *RUDOLPHI.*

Corpus hinc convexum illinc concavum. *Caput* ovale discretum. Longit. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$‴.

Monostoma macrostoma *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 337. ej. Synops. 86. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 358.

Habitaculum. *Larus ridibundus*: in intestinis, Julio, Gryphiae (*Rudolphi*).

39. Monostomum petasatum *DESLONGCHAMPS.*

Corpus elongatum aequale. *Caput* discretum subtrigonum. *Os* anticum orbiculare amplum. Longit. 2‴; latit. $\frac{1}{3}$‴.

Monostoma petasatum *Deslongchamps*: in Encycl. méth. II. 551. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 350.

Habitaculum. *Haematopus ostralegus*: in intestino coeco (*Deslongchamps*).

Nr. 38. et 39. ad *Hemistomum* pertinere videntur.

40. Monostomum alveatum *MEHLIS.*

Species nova non descripta.

Monostomum alveatum *Mehlis.* — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 142. 143. et 144.

Habitaculum. *Anas fusca* (*Mehlis et Creplin*); *A. Marila* (*Creplin et Laurer*); *A. glacialis, mollissima, Musicus et Penelope* (*Schilling*): in intestinis tenuibus.

41. Monostomum Lacertae *GURLT.*

Distoma capitellatum *Rudolphi*: Synops. 99. et 379. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 456.

Habitaculum. *Uranoscopus scaber*: in vesica fellea, Aprili, Majo et Junio, Armini et Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

76. Distomum megastomum *RUDOLPHI.*

Corpus oblongum depressum, utrinque obtusiusculum. *Collum* subcylindricum crassum. *Os* anticum orbiculare magnum. *Acetabulum* ore minus, ad colli basin, apertura transverse elliptica. *Apertura* genitalis supra acetabulum. Longit. $1\frac{1}{2}$—6‴; latit. $\frac{1}{2}$—2‴.

Distoma megastomum *Rudolphi*: Synops. 102. et 387. — *Eisenhardt*: in Verhandl. d. Gesellsch. Naturf. Freunde in Berlin. I. 145. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. IX. 7. et 8. — *Kuhn*: in Annal. des scienc. d'Observat. 1829. II. 463. Tab. XI. 4. et 5. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 471.

Habitaculum. *Galeus Canis*, Majo, Armini (*Rudolphi*). — *Mustelus vulgaris* (*Eisenhardt*). — *Scyllium Catulus* (*Kuhn*): in ventriculo. M. C. V.

77. Distomum cochleariforme *RUDOLPHI.*

Corpus lineare depressiusculum. *Collum* ovato-lanceolatum subtus excavatum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore minus, ad colli basin, apertura circulari. Longit. corporis $2\frac{1}{2}$—3‴; colli 1‴.

Distoma cochleariforme *Rudolphi*: Synops. App. 681. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 449.

Habitaculum. *Trachypetes Aquila*: in intestinis in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

78. Distomum Cochlear *DIESING.*

Corpus lineare depressum. *Collum* ellipticum subtus excavatum. *Os* terminale orbiculare limbo calloso. *Acetabulum* ore minus ad colli basim, apertura circulari. Longit. corporis $\frac{3}{4}$—1‴; colli $\frac{1}{2}$‴.

Distoma cochleariforme Sternae *Rudolphi*: Synops. App. 681.

Habitaculum. *Sterna cantiaca* et *minuta*: in intestinis in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

79. Distomum pyxidatum *BREMSER.*

Corpus lineare depressum. *Collum* filiforme longum apice obconicum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore multo minus ad colli basin, subglobosum apertura circulari. Longit. corporis 5—11‴; latit. $\frac{1}{4}$‴.

Distoma pyxidatum *Bremser*: Rudolphi Synops. App. 678. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 452.

Habitaculum. *Champsa sclerops*: in intestinis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

80. Distomum tereticolle *RUDOLPHI.*

Corpus lineare depressum, subcrenatum. *Collum* cylindricum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore multo minus ad colli basin, subglobosum, apertura circulari. *Apertura* genitalis supra acetabulum. Longit. 5‴—1½‴; latit. 1—1½‴.

Fasciola Lucii *Müller*: in Schrift. d. Berl. Naturf. Freunde I. 203. et: in Naturf. XIV. St. 136. — Prodrom. 2713. et: in Zool. Dan. I. 33. Tab. XXX. 7. et: II. 52. Tab. LXXVIII. 6.—8. — *Bloch*: in Beschäft. d. Berlin. Naturf. Freunde. IV. 537. Tab. XIV. 1.—4. — *Schrank*: Verz. 18.

Fasciola longicollis *Bloch*: Über Erzeug. der Eingeweidew. 6.

Planaria Lucii *Goeze*: Naturg. d. Eingeweidew. 172. Tab. XIV. 3. (ic. deformis).

Distoma Luzii *Zeder*: Nachtrag. 173. et Naturg. d. Eingeweidew. 213. Tab. III. 3.

Fasciola tereticollis *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 74.

Distoma tereticolle *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 380. ej. Synops. 102. et 386. Tab. II. 5. — *Jurine*: in Annal. des sc. nat. II. 489. (Anatom.) — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. IX. 5. et 6. — *Siebold*: in *Wieymann's* Arch. 1836. 217. et: in *Müller's* Arch. 1836. 233. (Anatom.) — *Kölliker*: in *Müller's* Arch. 1843. 99. — 101. (de evolut.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 419.

Distoma truncatum *Abildgaard?* — *Rudolphi*: Synops. 122.

Habitaculum. *Esox Lucius*, omni fere anni tempore. — *Lucioperca Sandra*, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Salmo Fario* et *Hucho* (*Bremser*); *S. Trutta* (*And. Jurine*): in ventriculo. M. C. V.

81. Distomum Okenii *KÖLLIKER.*

Sexus discretus. Femina. *Corpus* antrorsum filiforme apice incrassatum, retrorsum subito increscens, reniforme, lobatum, supra convexum subtus planum, transparens, brunneo- et albo-maculatum. *Os* subterminale anticum, orbiculare. *Acetabulum* ore minus superum in apice incrassato, apertura circulari. *Apertura* feminea inter os et acetabulum. Long. part. filif. 4—12‴; part. renif. 4—7‴; latit. 1—2‴; crass. $\frac{1}{2}$‴.

Mas. *Corpus* filiforme depressiusculum apice incrassatum, retrorsum attenuatum. *Os* subterminale anticum orbiculare. *Acetabulum* ore minus superum in apice incrassato apertura circulari. *Penis* clavatus inter os et acetabulum. Longit. 6—19‴; latit. $\frac{1}{6}$—$\frac{1}{4}$‴.

Monostoma filicolle *Rudolphi*: Synops. 85. et 347. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 361.

Monostoma? Molae *Rudolphi*: Synops. 87. et 350.

Distoma Okenii *Kölliker*: Berichte von d. kön. zootom. Anst. z. Würzburg. II. Bericht. 1849. 55. — 57. (et Anatom.) Tab. II. 7. (1. 2. 4. b. c. femina 3. et 4. a. mas).

Habitaculum. *Brama mediterranea*: inter processus spinosi vertebrarum dorsi spurii, folliculo membranaceo ovali inclusum, Julio, Neapoli (*Rudolphi*); in cavo branchiorum, in folliculo depresso 3—8‴ magno, marem et foeminam includens, Neapoli (*Kölliker*). — *Orthragoricus Mola*: inter musculos dorsales, Julio, Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

82. Distomum affine *DIESING.*

Femina. *Corpus* antrorsum filiforme apice clavatum, retrorsum subito increscens oblongum supra convexum, subtus planum. *Os* subterminale anticum, orbiculare. *Acetabulum*... Longit. part. filif. ad 1$\frac{1}{2}$‴; latit. $\frac{1}{2}$‴; part. oblong. 1—1$\frac{1}{2}$‴; latit. 3‴.

Mas. Ignotus.

Monostoma tenuicolle *Rudolphi*: Synops. 85. et 346. Tab. II. 3. et 4. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 361.

Habitaculum. *Lampris guttatus*: inter carnes, Groningae (*Backer*). M. C. V.

Etiamsi acetabulum non vidi, tamen propter nimiam ejus cum specie praecedente affinitatem huc collocavi.

γ. Acetabulum sessile magnitudine oris.

83. Distomum flexuosum *RUDOLPHI.*

Corpus elongatum depressiusculum, retrorsum attenuatum. *Collum* antrorsum angustatum. *Os* subterminale. *Acetabulum* magnitudine oris, ad colli basin, apertura circulari. Longit. 6‴; latit. ultra $\frac{1}{2}$‴.

Distoma flexuosum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 389. ej. Synops. 105. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 398.

Habitaculum. *Talpa europaea*: in ventriculo et intestinis, aestate, Gryphiae (*Rudolphi* et *Hildenbrand*); Rhedoni (*Dujardin*).

84. Distomum corrugatum *DUJARDIN.*

Corpus ellipticum, interdum lineare, transverse sinuoso-rugosum. *Os* oblongum. *Acetabulum* magnitudine oris, apertura transverse elliptica vel angulosa. Longit. $\frac{1}{4}$—$\frac{3}{8}$‴; latit. $\frac{1}{10}$—$\frac{1}{6}$‴.

Distoma corrugatum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 409.

Habitaculum. *Sorex tetragonurus*: in intestinis, Augusto et Octobri, Rhedoni (*Dujardin*).

85. Distomum pusillum *ZEDER.*

Corpus ellipticum planum, utrinque obtusissimum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* magnitudine oris, subcentrale, apertura circulari. Longit. $\frac{1}{4}$‴.

Planaria pusilla *Braun*: in Schrift. d. Berlin. Naturf. Freunde X. St. 62 — 65. Tab. III. 6. 7.

Fasciola pusilla *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 75.

Distoma pusillum *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 210. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 384. ej. Synops. 104. — *Creplin*: Obs. d. Entoz. 55. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 438.

Habitaculum. *Erinaceus europaeus*: sub cute, Majo (*Braun*): in tela cellulosa subcutanea, Julio; in folliculo solitarium, Augusto, Gryphiae (*Creplin*); ad mesenterium in folliculo, Martio, Rhedoni (*Dujardin*).

86. Distomum rude *DIESING.*

Corpus ellipticum crassum, supra convexiusculum, subtus planiusculum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* magni-

tudine oris, subcentrale superum, apertura circulari. *Apertura* genitalis pone acetabulum. Longit. 6‴; latit. 3‴; crass. ad 2‴.

Habitaculum. *Lutra brasiliensis*: in pulmonum parenchymate, gemina folliculo inclusa, Septembri, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

87. Distomum macrostomum *RUDOLPHI.*

Corpus subellipticum depressiusculum, supra convexiusculum, subtus concavum. *Os* subterminale anticum, orbiculare amplissimum, tumidulum. *Acetabulum* magnitudine oris, centrale, apertura circulari, limbo elevato. Long. $\frac{1}{2}$—1‴; latit. $\frac{1}{3}$‴.

Fasciola macrostoma *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 2. 26.
Distoma macrostomum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 386. ej. Synops. 104. — *Bremser*: Icon. Helminth. IX. 11. 12. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 443.
Distoma erraticum et Philomelae *Rudolphi*: Synops. 120.
Distoma ringens *Rudolphi*: Synops. 101. et 385. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 444.

Habitaculum. *Motacilla flava* et *alba*. — *Sylvia cinerea* et *Luscinia*, Junio, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Philomela nisoria* et *fluviatilis*. — *Parus caeruleus*, *major*, *palustris* et *pendulinus*. — *Picus tridactylus*: in intestinis, vario anni tempore (*Bremser*). M. C. V.

88. Distomum mesostomum *RUDOLPHI.*

Corpus oblongum planum, antrorsum increscens, retrorsum acutiusculum. *Os* subterminale anticum, orbiculare amplissimum. *Acetabulum* magnitudine oris, centrale, apertura circulari. Longit. 1‴; latit. $\frac{1}{4}$‴.

Fasciola mesostoma *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 2. 28.
Distoma mesostomum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 387. ej. Synops. 104.
Distoma Turdi *Rudolphi*: Synops. 120.

Habitaculum. *Turdus iliacus*, Novembri, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Pyrrhula vulgaris*. — *Fringilla Coccothraustes* et *Chloris*: in intestinis, vario anni tempore. M. C. V.

89. Distomum obesum *DIESING.*

Corpus ellipticum crassum, supra planum, subtus ventricosum. *Os* subterminale anticum orbiculare. *Acetabulum*

magnitudine oris, subcentrale superum, apertura circulari. *Penis* retractus, apertura genitali ampla, in medio inter os et acetabulum. Longit. 3 — 7‴; latit. 2 — 5‴; crassities $1\frac{1}{2}$‴.

Habitaculum. *Salminus brevidens*, Novembri. — *Leporinus Friderici*, Octobri. — *Xiphostoma Cuvieri*, Junio: in vesica fellea, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

90. Distomum caudale *RUDOLPHI.*

Corpus subellipticum depressum, retrorsum acuminatum. *Collum* teretiusculum. *Os* anticum oblongum. *Acetabulum* magnitudiue oris, ad colli basin apertura angulosa. Longit. 1 — $1\frac{1}{2}$‴; latit. $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$‴.

Distoma Caryocatactis *Zeder*: Nachtrag. 168. et: Naturg. d. Eingeweidew. 210.

Distoma caudale *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 392. ej. Synops. 103. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 442.

Habitaculum. *Corvus Caryocatactes* (*Zeder*); *C. glandarius* et *Pyrrhocorax*, autumno et hyeme: in intestino recto. M. C. V.

91. Distomum microstomum *RUDOLPHI.*

Corpus elongato-ovatum depressiusculum. *Collum* subellipticum, v. subcylindricum. *Os* terminale orbiculare exiguum. *Acetabulum*, magnitudine oris, ad colli basin apertura circulari. Longit. ad 4‴; latit. $\frac{1}{3}$‴.

Distoma microstomum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 388. ej. Synops. 104. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 467.

Habitaculum. *Solea vulgaris*: in intestinis, Majo, Parisiis (*Rudolphi*). M. C. V.

92. Distomum soleaeforme *RUDOLPHI.*

Corpus subellipticum planum, antrorsum increscens. *Os* terminale subglobosum. *Acetabulum* magnitudine oris, superum sinistrorsum divergens, subglobosum, apertura circulari. Longit. $1\frac{1}{2}$‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Distoma Triglae Gurnardi *Rathke*: in Dansk. Selsk. Skrivt. V. 1. 69. Tab. II. a. b.

Distoma soleaeforme *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 384. ej. Synops. 104. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 457.

Habitaculum. *Trigla Gurnardus*: in ventriculo (*Rathke*).

93. Distomum hyalinum *RUDOLPHI.*

Corpus oblongum depressum, utrinque obtusum. *Os* terminale globosum. *Acetabulum* magnitudine oris, superum, globosum. Longit. 1‴.

Fasciola Eriocis *Müller*: Zool. Dan. II. 42. Tab. LXXII. 4. — 7.
Distoma Eriocis *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 212.
Distoma hyalinum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 389. ej. Synops. 104. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 465.

Habitaculum. *Salmo Eriox*: in intestinis (*Müller*).

94. Distomum isostomum *RUDOLPHI.*

Corpus oblongum depressum, retrorsum angustatum, utrinque obtusum. *Os* anticum globosum. *Acetabulum* magnitudine oris, subcentrale, apertura circulari. Longit. $1\frac{1}{2}$‴; latit. vix $\frac{1}{4}$‴.

Carus Lehrbuch der Zootomie. 1818. 51.
Distoma isostomum *Rudolphi*: Synops. 105. et 392. — *Creplin*: Nov. Obs. de Entoz. 64. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 471.
Distoma cirrigerum *Baer*?: Act. Nat. Cur. XIII. 2. 553.

Habitaculum. *Astacus fluviatilis*: ad nervorum ganglia (*Carus*); in ductibus biliferis (*Otto*); ductibus seminiferis adhaerentia, Septembri (*Creplin*); inter musculos folliculo inclusum (*Baer*). M. C. V.

95. Distomum aequale *DUJARDIN.*

Corpus oblongum depressum sublineare. *Os* anticum. *Acetabulum* magnitudine oris, superum, apertura circulari. Long. ad $1\frac{1}{2}$‴; latit. ad $\frac{1}{4}$‴.

Distoma aequale *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 410.

Habitaculum. *Strix flammea*: in intestinis, Martio, Rhedoni (*Dujardin*).

96. Distomum brevicolle *CREPLIN.*

Corpus depressiusculum sublineare utrinque obtusum. *Collum* breve dilatatum. *Os* subterminale subtriangulare. *Acetabulum* magnitudine oris, apertura . . *Penis* brevissimus et crassissimus supra acetabulum. Longit. $\frac{1}{2}$ — 2‴.

Distomum brevicolle *Creplin*: Nov. Obs. de Entoz. 54. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 445.

Habitaculum. *Haematopus ostralegus*: in intestinis tenuibus, Septembri, Gryphiae (*Creplin*).

97. Distomum irroratum *RUDOLPHI.*

Corpus depressum sublineare, retrorsum sensim attenuatum, utrinque obtusum. *Os* anticum globosum. *Acetabulum* magnitudine oris, superum apertura circulari. Long. $2 - 3\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{2} - \frac{2}{3}'''$.

Distoma irroratum *Rudolphi*: Synops. 105. et 393. — *Dujardin*: Hist. nat des Helminth. 451.

Habitaculum. *Halichelys atra*: in ventriculo, Majo, Armini (*Rudolphi*). M. C. V.

98. Distomum rosaceum *NORDMANN.*

Corpus lineare depressum, retrorsum attenuatum rotundatum. *Collum* longum teretiusculum ventricosum. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* magnitudine oris, ad colli basin, apertura circulari. Longit. $1'' - 20'''$; latit. $1'''$.

Distoma rosaceum *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 82. Tab. VIII. 1. — 3. et 11.

Distoma tereticolle var. rosaceum *Dujardin*: Hist. nat. des Helm. 419.

Habitaculum. *Lota communis*: ad palatum (*Nordmann*).

b. Corpus teres.

a. Acetabulum sessile, ore majus.

99. Distomum acutum *LEUCKART.*

Corpus ovatum turgidum, retrorsum attenuatum acutum. *Os* subterminale prominulum. *Acetabulum* ore parum majus, centrale, apertura circulari. Longit. $1\frac{1}{2}'''$; crassit. $1'''$.

Distoma acutum *Leuckart*: Zool. Bruchst. III. 33. Tab. I. 7. a. b. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 439.

Habitaculum. *Mustela Putorius*: in sinubus frontalibus et labyrintho ossis ethmoidei, Novembri (*Leuckart*).

100. Distomum Arenula *CREPLIN.*

Corpus ovato-lanceolatum turgidum. *Os* terminale suborbiculare. *Acetabulum* ore majus, remotum, apertura subcir-

culari. *Penis* brevis cylindricus, ad latus medio e vermiculo egrediens. Magnitudo arenulae.

Distoma Arenula *Creplin*: Obs. de Entoz. 53. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 447.

Habitaculum. *Fulica atra*: in intestinis, Gryphiae (*Creplin*).

101. Distomum Globulus *RUDOLPHI*.

Corpus ovatum v. subglobosum turgidum, ventre utplurimum tumidum. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* ore majus apertura circulari. *Penis* crassiusculus, longitudine striatus, pone os. Diameter $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{3}$'''.

Distoma globulus *Rudolphi*: Synops. 109. et 401. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 450. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 142. 143. 145. 146.

Habitaculum. *Anas Fuligula*, Novembri, Gryphiae (*Rudolphi*). — *A. glacialis*, *Marila* et *acuta*. — *Mergus Merganser* et *Serrator*. — *Alca Tadorna* (*Creplin*): in intestinis.

102. Distomum Embryo *OLFERS*.

Corpus ellipticum, subglobosum v. subovatum turgidum. *Acetabulum* ore paulo majus, centrale, apertura transverse elliptica. Longit. majorum $\frac{1}{4}$'''; crassities $\frac{1}{6}$'''.

Distoma Embryo *Olfers*: De vegetat. et animat. 44. et 110. Fig. 16.
Distoma longicolle *Creplin*: Obs. de Entoz. 57. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 455.

Habitaculum. *Acerina vulgaris*: in folliculo inclusum, hepati, intestinis aut peritoneo affixum, Julio, Berolini (*de Olfers*); Februario, Aprili, Julio, Augusto et Septembri, Gryphiae (*Creplin*).

103. Distomum inflexum *RUDOLPHI*.

Corpus obovatum turgidum. *Collum* conicum inflexum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore majus, ad colli basin, apertura circulari. Longit. 1'''.

Bloch: Abhandl. 11. in nota. Tab. II. 10. 11. (rudis).
Fasciola Jesia *Gmelin*: System. nat. 3058.
Fasciola inflexa *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 82.
Distoma carinatum *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 317. (ex parte).
Distoma inflexum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 395. ej. Synops. 106. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 463.

Habitaculum. *Leuciscus Jeses*: in intestinis, Aprili, Gryphiae (*Rudolphi*).

104. Distomum Granulum *RUDOLPHI.*

Corpus ovatum turgidum. *Collum* brevissimum conicum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore paulo majus, superum apertura circulari. Longit. vix 1‴.

Fasciola Scorpii *Müller*: Prodrom. 2709. Zool. Dan. I. 32. Tab. XXX. 1. *Schrank*: Verz. 18.

Distoma Scorpii *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 216.

Distoma Granulum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 394. ej. Synops. 106. - *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 457.

Habitaculum. *Cottus Scorpio*: in intestinis (*Zoega* et *Müller*).

105. Distomum pachysomum *EYSENHARDT.*

Corpus teres tumidum. *Collum* breve utrinque angustatum rotundatum. *Os* anticum hemisphaericum. *Acetabulum* ore triplo majus, apertura circulari. Longit. 1‴; crassities $\frac{1}{4}$‴.

Distoma pachysoma *Eysenhardt*: in Verhandl. d. Gesellsch. Naturf. Freunde in Berlin I. 144.

Habitaculum. *Mugil auratus*: in intestinis tenuibus (*Eysenhardt*).

106. Distomum clavatum *RUDOLPHI.*

Corpus cylindricum, retrorsum incrassatum rotundatum, transverse annulatum plicatum. *Collum* conicum subtus planiusculum breve. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore multo majus ad colli basin, limbo lato prominulo, apertura circulari. Long. 8—10‴; collum 1‴; corpus 2—3‴ crassum.

Hirudinella *Garsin*: in Hist. de l'Academ. des scien. à Paris 1730. 58. et 59. cum Fig. * — Versio latina: Commerc. litt. nov. anno 1735. 261. Tab. IV. 1.—3. * — *Planque*: in Bibl. de Méd. X. 993. Tab. CCXXI. Garsinii observ. transcrib.

Osbeck: Reise nach Ostind. u. China a. d. Schwed. 1765. 392. — *La Billardier*: Relat. d. voy. à la recherche de la Perouse. I. 49.

Fasciola fusca Bosc. Hist. des vers. I. 271. Tab. IX. 4.

Fasciola clavata *Menzies*: in Trans. of the Linnean Soc. I. 187. Tab. XVII. 2.

Fasciola Scombri Pelamidis *Tilesius*: in Litt. ad Rudolphium.

Distoma Coryphaenae *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 436. ej. Synops. 122.
Distoma clavatum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 391. ej. Synops. 106. et 394. App. 682. — *Owen*: in Trans. of the Zoolog. soc. of London. I. 381. — 384. Tab. XLI. 17. — 20. (Anatom.) vers. germ. in Isis. 1837. 271. Tab. II. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 459.

Habitaculum. *Pelamys Sarda*: in ventriculo (*Tilesius*). — *Thynnus vulgaris*: in ventriculo (*Pohl*). — *Coryphaena Hippurus*: ad branchia et intestina (*Bosc*); in hepate, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

107. Distomum incomtum *RUDOLPHI.*

Corpus obconicum. *Collum* corpore parum longius depressiusculum rugosum divergens. *Os* anticum transverse ellipticum. *Acetabulum* ore multo majus ad colli basin, hemisphaericum, apertura circulari. Longit. $2\frac{1}{2}$—$4'''$; crassities $1'''$.

Distoma incomtum *Rudolphi*: Synops. App. 683. — *Dujardin*; Hist. nat. des Helminth. 459.

Habitaculum. *Chaetodon* (Nr. 54. Mus. Berolin.): in intestinis, Decembri, in Brasilia (*Olfers*). M. C. V.

108. Distomum allostomum *DIESING.*

Corpus teres ventricosum. *Collum* breve angustum apice rotundatum. *Os* anticum subovale. *Acetabulum* ore majus, ad colli basin, apertura transverse oblonga. Long. $2'''$; crass. $\frac{3}{4}'''$.

Distoma Colubri murorum Cat. Entoz. Vien. 21. — *Rudolphi*: Synops. 121.

Habitaculum. *Tropidonotus Natrix* var.: in intestinis. M. C. V.

109. Distomum spatulatum *RUDOLPHI.*

Corpus teres, retrorsum sensim attenuatum. *Collum* planum dilatatum, apice truncatum, marginibus lateralibus inflexis. *Os* terminale exiguum orbiculare. *Acetabulum* ore triplo majus ad colli basin, apertura circulari. Longit. $4\frac{1}{2}'''$; crass. $\frac{1}{2}'''$.

Distoma spatulatum *Rudolphi*: Synops. 109. et 403. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. IX. 15. 16. — *Creplin*: Nov. Obs. de Entoz. Nota 4.
Holostoma spatulatum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 376.

Habitaculum. *Ardea minuta*: in intestinis, aestate (*Bremser*). M. C. V.

110. Distomum cylindraceum *ZEDER.*

Corpus teres subcylindricum retrorsum angustatum. *Collum* conicum crassum, corpore continuum. *Os* terminale obliquum, orbiculare. *Acetabulum* ore parum majus, ad colli basin, apertura circulari. *Penis* brevis, cylindricus, supra acetabulum. Longit. 3 — 7‴; crassities $\frac{1}{2}$ — 1‴.

Swammerdam: Bibel der Natur. 317.

Fasciola subclavata *Pallas*: Diss. de intest. vivent.

Planaria cylindrica *Goeze*: Naturg. d. Eingeweidew. 174. in nota.

Distoma cylindraceum *Zeder*: Nachtrag. 188. Tab. IV. 4. — 6. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 393. ej. Synops. 106. — *Mayer*: in *Froriep's* Notiz. 1839. 211. et: Beitr. z. Anatom. d. Entoz. 18. Tab. III. 13. et 17. (ovula). — *Erdl*: in *Müller's* Arch. 1841. 278. (physiol.) — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1842. 356. et 357. (anatom.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 395.

Brachylaemus cylindraceus *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. 1847. 295. 298. Tab. XII. 2. (anatom.)

Habitaculum. *Pelophylax esculentus* (*Braun* et *Zeder*). — *Rana temporaria*, Aprili, Majo et Junio, Gryphiae (*Rudolphi*), Rhedoni (*Dujardin*). — *Dendrohyas viridis*, autumno (*Bremser*): in pulmonibus. M. C. V.

111. Distomum varicum *ZEDER.*

Corpus teres subcylindricum, retrorsum sensim angustatum rotundatum. *Collum* longitudine et forma corporis, antrorsum angustatum, divergens. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* ore duplo majus ad colli basin, apertura circulari. Longit. 1 — 3‴.

Fasciola varica *Müller*: Zool. Dan II. 43. Tab. LXXII. 8. — 11. — *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 81.

Distoma varicum *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 217. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 396. ej. Synops. 106. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 465.

Habitaculum. *Salmo Salar:* in ventriculo (*Müller*), Majo, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Thymallus vexillifer*: in intestinis. M. C. V.

112. Distomum Genu *RUDOLPHI.*

Corpus oblongum teres, ventricosum, retrorsum attenuatum rotundatum. *Collum* longum, conicum reflexum. *Os* anticum hemisphaericum. *Acetabulum* ore majus ad colli basin,

globosum, apertura circulari. *Penis* brevis supra acetabulum. Longit. ultra 1‴.

Distoma genu *Rudolphi*: Synops. 107. et 397. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 463.

Habitaculum. *Labrus luscus*: in intestinis, Junio, Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

113. Distomum ventricosum *RUDOLPHI.*

Corpus oblongum teres, ventricosum. *Collum* conicum breve. *Os* terminale globosum. *Acetabulum* ore majus, globosum ad colli basin, apertura circulari. *Penis* exiguus supra acetabulum. Longit. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$‴.

Distoma ventricosum *Rudolphi*: Synops. 108. et 398. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 465.

Habitaculum. *Alosa vulgaris*: in intestinis, Aprili, Armini (*Rudolphi*). M. C. V.

Globuli duo nigri pedunculati ante acetabulum varia directione occurrentes.

114. Distomum baccigerum *RUDOLPHI.*

Corpus teres retrorsum increscens rotundatum. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* ore majus, apertura circulari. *Apertura* genitalis supra acetabulum. Long. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$‴; crass. $\frac{3}{4}$‴.

Distoma baccigerum *Rudolphi*: Synops. 108. et 398. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 461.

Habitaculum. *Atherina Hespetus*: in intestinis, Junio, Neapoli (*Rudolphi*).

Globuli nigri pedunculati acetabulum ambientes

115. Distomum Ascidia *RUDOLPHI.*

Corpus teres ventricosum, antrorsum attenuatum, postice obtusum. *Collum* breve angustatum. *Os* anticum hemisphaericum. *Acetabulum* ore majus, ad colli basin, apertura prominente circulari. Longit. $\frac{1}{2}$‴.

Distoma Ascidia *Rudolphi*: Synops. 108. et 399. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 438.

Habitaculum. *Box vulgaris*: Majo et Junio, Armini et Neapoli. — *Pagrus vulgaris*, Julio, Neapoli (*Rudolphi*): in intestinis. M. C. V.

116. Distomum labiatum *RUDOLPHI.*

Corpus teres postice obtusum. *Collum* angustum retractile. *Os* anticum subglobosum. *Acetabulum* ore majus subglobosum. Longit. $\frac{1}{2}'''$.

Distoma labiatum *Rudolphi*: Synops. 108. et 400. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 468.

Habitaculum. *Syngnathus pelagicus*: in hepate, Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

117. Distomum apertum *RUDOLPHI.*

Corpus teres, antrorsum attenuatum, postice apice obtuso hiante. *Collum* conicum. *Os* anticum subglobosum. *Acetabulum* ore duplo majus, ad colli basin, subglobosum. *Apertura* genitalis inter os et acetabulum. Long. $\frac{1}{2}$—$1'''$; crassities $\frac{1}{4}'''$.

Distoma apertum *Rudolphi*: Synops. 108. et 400. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 422.

Habitaculum. *Apogon Rex Mullorum*: in intestinis, Junio et Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

118. Distomum microsomum *RUDOLPHI.*

Corpus teres retrorsum obtusum. *Collum* corpore triplo longius, antrorsum sensim attenuatum. *Os* globosum. *Acetabulum* ore triplo majus ad colli basin, globosum. Long. 1—$1\frac{1}{2}'''$; crassities $\frac{1}{4}'''$.

Distoma microsoma *Rudolphi*: Synops. 109. et 401. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 456.

Habitaculum. *Serranus Cabrilla*: in intestinis, Junio, Neapoli (*Rudolphi*).

119. Distomum appendiculatum *RUDOLPHI.*

Corpus teres, crenatum, cauda brevi attenuata retractili. *Collum* breve conicum. *Os* anticum globosum. *Acetabulum* ore fere duplo majus ad colli basin, globosum. Long. 1—$2\frac{1}{2}'''$; crassities $\frac{1}{6}'''$.

Fasciola Alosae *Hermann*: in Naturf. XIX. St. 46. Tab. II. 8. a. b.
Fasciola Clupeae *Schrank*: Verzeichn. 20.
Fasciola appendiculata *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. I. 78. Tab. II. 6.

Fasciola crenata *Rudolphi*: l. s. c. 76. Tab. II. 5.
Distoma Clupeae *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 218.
Distoma Clupeae rhenanae *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 437.
Distoma crenatum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 404. Tab. V. 1.
Distoma appendiculatum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 400. Tab. V. 2. ej. Synops. 110. et 404. — *Mayer*: Beitr. z. Anatom. d. Entoz. 17. Tab. III. 12. (Anatom.) — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 288. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1842. 365. (Anatom.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 420.
Distoma varium *Eysenhardt*: in Verhandl. d. Gesellsch. naturf. Freunde in Berlin. I. 148.
Apoblema appendiculatum *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. Zool. 1847. 302. et 303. Tab. XII. 3. et 13. (Anatom.)

Habitaculum. *Alosa vulgaris* (*Herrmann*), Aprili, Armini (*Rudolphi*), Rhedoni (*Dujardin*). — *Rhombus maximus*, Junio, Gryphiae, Aprili, Armini. — *Solea vulgaris*, Julio, Neapoli. — *Torpedo marmorata*, Aprili, Armini. — *Accipenser Sturio*, Majo, Armini. — *Ophridium barbatum*, Majo, Armini. — *O. Vassalli*, Junio, Neapoli. — *Capros Aper*, Julio, Neapoli. — *Trigla Hirudo* et *lineata*, Majo, Armini. — *Saurus Saurus*, Junio, Neapoli. — *Gasterosteus aculeatus*, Junio, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Platessa Flesus* (*M. V.*). — *Scomber Scombrus* et *Labrax Lupus*, Rhedoni (*Dujardin*). — *Perca fluviatilis*. — *Esox Lucius*. — *Anguilla vulgaris*. — *Clupea Harengus*. — *Gadus Callarias*. — *Lota communis*. — *Cottus Scorpio*, vario anni tempore, Gryphiae (*Creplin*): in ventriculo, rarius in intestinis. M. C. V.

Celeb. *Eysenhardt* hanc speciem cum *Distomo grandiporo*, *cauliporo* et *rufoviridi* in unam speciem, *Dist. varium*, junxit.

120. Distomum affine *RUDOLPHI.*

Corpus ovatum turgidum, cauda elongata obtusa. *Os* globosum. *Acetabulum* ore majus globosum. Longit. $\frac{1}{3}$—1‴.

Distoma affine *Rudolphi*: Synops. 110. et 406.

Habitaculum. *Scorpaena cirrhosa*: in intestinis, Majo, Armini (*Rudolphi*).

121. Distomum grandiporum *RUDOLPHI.*

Corpus teres retrorsum attenuatum, cauda retractili. *Collum* longitudine fere corporis, subtus parum excavatum. *Os* anticum exiguum globosum. *Acetabulum* maximum hemisphaericum. Long. $1\frac{1}{2}$—2‴; crassities $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$‴.

Distoma grandiporum *Rudolphi*: Synops. 110. et 407. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 421.

Distoma varium *Eysenhardt*: in Verhandl. d. Gesellsch. naturf. Freunde in Berlin. I. 148. (Conf. D. appendiculatum).

Distomum dimidiatum *Creplin*: Nov. obs. de Entoz. 55. — *Mehlis*: in Isis 1831. 176. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 470.

Habitaculum. *Muraena Helena*: in ventriculo, Neapoli (*Rudolphi*). — *Accipenser Sturio*: in oesophago et ventriculo, Majo, Gryphiae (*Creplin*).

122. Distomum rufoviride *RUDOLPHI.*

Corpus cylindricum retrorsum sensim attenuatum rotundatum, cauda retractili. *Collum* breve depressiusculum. *Os* anticum hemisphaericum. *Acetabulum* ore duplo majus, hemisphaericum, ad colli basin. *Penis* brevis rectus e colli tuberculo emergens. Longit. 3‴; crassities $\frac{1}{2}$‴.

Distoma rufoviride *Rudolphi*: Synops. 110. et 406. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 421.

Distoma varium *Eysenhardt*: in Verhandl. d. Gesellsch. naturf. Freunde in Berlin. I. 148. (Conf. Dist. appendiculatum).

Habitaculum. *Conger vulgaris*: in ventriculo, Julio, Neapoli (*Rudolphi*), Rhedoni (*Dujardin*).

123. Distomum ocreatum *RUDOLPHI.*

Corpus teres, cauda retractili. *Collum* antrorsum angustatum, divergens. *Os* terminale globosum. *Acetabulum* ore majus, apertura circulari. Longit. $\frac{1}{2}$ — 1‴.

Leeuwenhoek: Cont. Arc. Nat. Epist. XCVII. 47.

Fasciola halecis *Gmelin*: Syst. nat. 3058.

Fasciola ocreata *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 79.

Distoma halecis *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 222.

Distoma ocreatum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 397. ej. Synops. 107. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 422.

Habitaculum. *Clupea Harengus*: in intestinis (*Leeuwenhoek*), Majo, Gryphiae (*Rudolphi*).

124. Distomum ternatum *RUDOLPHI.*

Corpus subcylindricum teres, antrorsum attenuatum, cauda longissima gracilescente moniliformi. *Collum* breve subconi-

cum. *Os* anticum subglobosum. *Acetabulum* ore duplo fere majus ad colli basin, apertura circulari. Longit. 3—7‴.

Fasciola caudata *Bosc*: Hist. des Vers. I. 271. Tab. IX. 6. (mala).
Fasciola Coryphaenae *Bosc*: Ibid. 271. Tab. IX. 5. (mala).
Fasciola Coryphaenae Hippuridis *Tilesius*: in litteris ad Rudolphium.
Distoma Coryphaenae *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 436. ej. Synops. 123.
Distoma tornatum *Rudolphi*: Synops. App. 684. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 421.

Habitaculum. *Coryphaena Hippurus*, ad branchia, intestina et viscera alia (*Bosc*, *Tilesius*, *Natterer*). — *C. equestris*: in ventriculo (*Olfers*). — *Megalops cyprinoides*: in ventriculo, in Brasilia (*Natterer*).

125. Distomum Gigas *NARDO.*

Corpus teres, cauda longa retrorsum incrassata obtusa. *Collum* breve retrorsum divergens. *Os* orbiculare. *Acetabulum* ore multo majus, apertura circulari (ciliata?). Longit. 5″; crassities 3—5‴.

Distoma Gigas *Nardo*: Mem. sopra alc. nov. rar. spec. di Entozoi etc. et: in *Heisinger's* Zeitschr. f. d. organ. Physik. 1827. 68. et in Isis. 1833. 533.

Habitaculum. *Luvarus imperialis*: in ventriculo, Septembri, Venetiis (*Nardo*).

126. Distomum reflexum *CREPLIN.*

Corpus teres lineare. *Collum* angustatum, reflexum. *Os* anticum globosum. *Acetabulum* ore triplo majus, apertura circulari. Longit. 2‴.

Fabricius: in Dansk. Selsk. Skrivt. III. 2. 14. non descript. huc forsan pertinet.
Distoma Cyclopteri *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 438. ej. Synops. 121.
Distoma reflexum *Creplin*: Obs. de Entoz. 54. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 467.

Habitaculum. *Cyclopterus Lumpus*: in intestinis, Aprili (*Fabricius*), Martio et Aprili, Gryphiae (*Creplin*).

127. Distomum geniculatum *DIESING.*

Corpus cylindricum retrorsum attenuatum. *Collum* cylindricum antrorsum attenuatum, crassitie et longitudine fere corporis, retrorsum divergens. *Os* terminale minimum orbiculare.

Acetabulum ore majus, ad colli basin, apertura circulari. Longit. $\frac{3}{4}$—1‴.

Distoma Physophorae *Philippi*: in *Müller's* Arch. f. Anatom. u. Physiol. 1843. 66. Tab. V. 11.

Habitaculum. *Physophora tetrasticha*: in ventriculo, Januario, Neapoli (*Philippi*).

β. Acetabulum sessile, ore minus.

128. Distomum laciniatum *DUJARDIN.*

Corpus teres antrorsum depressiusculum valde dilatatum, marginibus lateralibus runcinatis, retrorsum acute obconicum. *Collum* subcylindricum. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* ore minus supra colli basin, apertura circulari. Longit. corporis ad 8‴; latit. 3‴; crassities postice 1‴; longit. colli $1\frac{1}{2}$‴.

Fasciola Maimonis *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 585. Tab. XLI. 3.

Alaire de Brongniart *Leblond*: in *Bremser's* Vers intest. de l'homme trad. par Grundler. 1837. 518. Atlas 59. Tab. XIV. 15.

Distoma laciniatum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 437.

Habitaculum. *Simia Maimon*: in pancreate, Parisiis (*Brongniart*).

129. Distomum truncatum *LEUCKART.*

Corpus ovatum turgidum, postice truncatum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore parum minus, centrale apertura transverse elliptica. *Apertura* genitalis inter os et acetabulum. Longit. $1\frac{1}{2}$—2‴; crassities $1\frac{1}{2}$‴.

Distoma truncatum *Leuckart*: Zool. Bruchst. III. 34. Tab. I. 8. a. b. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 438.

Habitaculum. *Sorex Daubentonii*: in renibus, Aprili (*Leuckart*).

130. Distomum gracilescens *RUDOLPHI.*

Corpus oblongum teres retrorsum attenuatum. *Collum* breve conicum. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* ore minus ad colli basin, apertura circulari. Longit. $1\frac{1}{2}$‴; crassities $\frac{1}{4}$‴.

Distoma gracilescens *Rudolphi*: Synops. 111. et 409. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. IX. 17. et 18. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helm. 462.

Habitaculum. *Lophius piscatorius*: in intestinis, Aprili, Tergesti (*Rudolphi*). M. C. V.

131. Distomum torulosum *RUDOLPHI.*

Corpus teres, antice obtusum, retrorsum sensim decrescens, passim constrictum. *Collum* subnullum. *Os* anticum globosum. *Acetabulum* ore minus, centrale, apertura circulari. Long. 2‴; crassities $\frac{1}{3}$‴.

Distoma torulosum *Rudolphi*: Synops. 111. et 410. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 464.

Habitaculum. *Silurus Glanis*: in intestinis, Octobri, Gryphiae (*Rudolphi*). M. C. V.

132. Distomum tubarium *RUDOLPHI.*

Corpus teres subcylindricum, retrorsum attenuatum rotundatum. *Collum* acute conicum. *Os* terminale hemisphaericum. *Acetabulum* ore duplo minus ad colli basin, apertura circulari. Longit. 1—1$\frac{1}{2}$‴.

Distoma tubarium *Rudolphi*: Synops. 111. et 410. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 457.

Habitaculum. *Umbrina vulgaris*: in intestinis, Augusto, Speziae (*Rudolphi*). M. C. V.

133. Distomum filiforme *RUDOLPHI.*

Corpus teres filiforme postice obtusum. *Collum* teres obtusum. *Os* anticum oblongum. *Acetabulum* ore minus, infra colli basin, apertura circulari. Longit. 2—2$\frac{1}{2}$‴.

Distoma filiforme *Rudolphi*: Synops. 112. et 411. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 460.

Habitaculum. *Cepola Taenia*: in intestinis, Aprili, Armini (*Rudolphi*).

134. Distomum excisum *RUDOLPHI.*

Corpus teres subcylindricum medio ventricosum, extremitate caudali subulata basi inflexa. *Collum* cylindricum crassum. *Os* terminale orbiculare emarginatum. *Acetabulum* ore duplo minus, ad colli basin, apertura circulari. Longit. 3‴; crassities ultra $\frac{1}{3}$‴.

Distoma excisum *Rudolphi*: Synops. 112. et 411. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. IX. 19. et 20. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth 436.

Habitaculum. *Scomber Scombrus*: in ventriculo, Majo, Armini (*Rudolphi*), Rhedoni (*Dujardin*); *S. Colias*: in intestinis, Junio et Julio, Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

135. Distomum Raynerianum *NARDO.*

Corpus teres postice obtusum, cauda crassa rotundata. *Collum* retrorsum divergens. *Os* anticum transverse ellipticum. *Acetabulum* ore minus, apertura circulari. Longit....

Distoma Raynerianum *Nardo*: Mem. sopra alc. nov. rar. spec. di Entozoi etc. et: in Isis. 1833. 524.

Habitaculum. *Luvarus imperialis*: in intestinis, Septembri, Venetiis (*Nardo*).

γ. Acetaculum sessile, magnitudine oris.

136. Distomum Filum *DUJARDIN.*

Corpus teres filiforme gracile. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* magnitudine oris, superum, apertura circulari. Long. $2 - 2\frac{1}{2}'''$; crassities ad $\frac{1}{8}'''$.

Distoma Filum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 418.

Habitaculum. *Fringilla domestica*: in intestinis, Martio et Aprili, Rhedoni (*Dujardin*).

137. Distomum crassiusculum *RUDOLPHI.*

Corpus obovatum turgidum, apice truncatum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* magnitudine oris, superum, apertura circulari. Longit. $1\frac{1}{2}'''$; crassities $\frac{1}{3}'''$.

Planaria bilis *Braun*: in Schrift. d. Berlin. naturf. Freunde. X. 61. Tab. III. 4. 5.

Fasciola bilis *Gmelin*: Syst. nat. 3054.

Distoma bilis *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 214.

Distomum felleum Falconis Chrysaeti *Viborg*: Ind. Mus. Vet. Hafn. 243. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 294. ej. Synops. 119.

Distoma crassiusculum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 408. ej. Synops. 112. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 441. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 129.

Habitaculum. *Falco chrysaetos*: Augusto (*Braun et Abildgaard*); *F. albicilla* (*Creplin*): in vesica fellea.

138. Distomum Punctum *ZEDER.*

Corpus obovatum turgidum. *Collum* conicum. *Os* terminale semiglobosum. *Acetabulum* magnitudine oris, protractum, ad colli basin, apertura circulari. Long. $\frac{1}{3}$—$\frac{3}{4}$'''; crass. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}$'''.

Distoma punctum *Zeder*: Nachtrag. 183. et: Naturg. d. Eingeweidew. 217. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 409. ej. Synops. 112. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. IX. 21. et 22. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 463.

Habitaculum. *Barbus communis*: in intestino crasso, Julio (*Zeder*); vere et autumno (*Bremser*). M. C. V.

139. Distomum fuscescens *RUDOLPHI.*

Corpus teres aequale postice obtusiusculum. *Collum* corpore parum crassius. *Os* terminale globosum. *Acetabulum* magnitudine oris, remotum, apertura circulari. Longit. 2'''; crassities $\frac{1}{4}$'''.

Distoma fuscescens *Rudolphi*: Synops. 113. et 413.

Habitaculum. *Dentex vulgaris*: in intestinis Majo, Armini (*Rudolphi*).

140. Distomum annuligerum *NORDMANN.*

Corpus teres variabile, fusiforme v. subglobosum. *Collum* cylindricum crassum, interdum evanescens. *Os* anticum orbiculare amplum. *Acetabulum* magnitudine oris, centrale, apertura circulari. Longit. $\frac{1}{4}$'''.

Distoma annuligerum *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 53. Tab. I. 5.—10. — *Gescheidt*: in *Ammon's* Zeitsch. f. Ophthalmolog. III. 431. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 435.

Habitaculum. *Perca fluviatilis*: in corpore vitreo oculi folliculo inclusum (*Nordmann et Gescheidt*).

** *Acetabulum pedicellatum.*

141. Distomum fractum *RUDOLPHI.*

Corpus teres retrorsum angustatum. *Collum* conicum longitudine fere corporis, retrorsum divergens. *Os* anticum oblongum. *Acetabulum* ore majus ad colli basin, subpedicellatum, apertura circulari. *Penis* brevis inter os et acetabulum. Long. $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$'''.

Distoma fractum *Rudolphi*: Synops. 107. et 397. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 438.

Habitaculum. *Box Salpa*: in intestinis, Junio et Julio, Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

142. Distomum gibbosum *RUDOLPHI.*

Corpus teretiusculum. *Collum* brevissimum conicum. *Os* anticum subglobosum. *Acetabulum* ore majus, ad colli basin, pedicello brevi crasso conico suffultum, apertura circulari. Longit. $\frac{1}{2}'''$.

Distoma gibbosum *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 81. Tab. II. 7. Entoz. hist. II. 399. Tab. VI. 8. ej. Synops. 107. et 395. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 402.

Habitaculum. *Belone Acus*: in ventriculo, Majo et Junio, Gryphiae (*Rudolphi*).

143. Distomum furcatum *BREMSER.*

Corpus filiforme postice rotundatum. *Collum* cylindricum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore parum majus, superum, pedicello cylindrico crassitie et longitudine colli suffultum, apertura circulari. Longit. $1\frac{1}{2}$—5'''; crass. $\frac{1}{4}'''$.

Distoma furcatum *Bremser*: in Rudolphi Synops. 107. et 396. App. 683. — *Eysenhardt*: in Verhandl. d. Gesellsch. naturf. Freunde in Berlin. I. 145. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. IX. 13. et 14. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 402.

Habitaculum. *Mullus surmuletus* et *barbatus* (*M. C.*); *M. rubescens*, Aprili, Armini. — *Lota Molva*, Junio, Neapoli (*Rudolphi*). — *Coryphaena Hippurus*, Augusto in Brasilia (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

144. Distomum distichum *ZEDER.*

Corpus cylindricum retrorsum sensim attenuatum, rotundatum. *Collum* cylindricum antrorsum increscens. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* magnitudine oris, ad colli basin, pedicello obconico collo parum breviore suffultum, apertura circulari. Longit. 1'; crassities 1'''.

Fasciola disticha *Müller*: Prodrom. 2716. et: Zool. Dan. I. 35. Tab. XXX. 9.

Distoma distichum *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 215. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 440. ej. Synops. 123.

Habitaculum. In Piscium intestinis (*Zoega*).

145. Distomum binode *ZEDER.*

Corpus cylindricum curvatum, cauda subulata corpore breviore. *Collum* cylindricum apice parum increscens. *Os* terminale orbiculare amplum. *Acetabulum* ore minus ad colli basin, pedicello brevi crasso suffultum, apertura circulari. Longit. 3 — 4‴.

Fasciola binodis *Müller*: Prodrom. 2717. — Zool. Dan. I. 34. Tab. XXX. 8. — *Gmelin*: Syst. nat. 3056. — *Schrank*: Verz. 20. — Encycl. méth. Vers. Tab. LXXIX. 24. (ic. *Müller*).

Distoma binode *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 215. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 439. ej. Synops. 123.

Habitaculum. In Piscium intestinis (*Zoega*).

146. Distomum angulatum *DUJARDIN.*

Corpus cylindricum. *Collum* divergens. *Os* anticum. *Acetabulum* ore duplo fere majus ad colli basin, pedicellatum. Longit. $\frac{1}{2}$ — 1‴; crassities $\frac{1}{10}$‴.

Distoma angulatum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 401.

Habitaculum. *Anguilla vulgaris*: in intestinis (*Dujardin*).

147. Distomum negacotyle *DIESING.*

Corpus cylindricum medio parum constrictum, apice oblique truncatum, extremitate caudali rotundatum. *Os* transverse ellipticum infra apicem truncatum. *Acetabulum* ore multo majus, centrale, pedicello brevi crasso obconico suffultum, apertura circulari. Longit. $\frac{3}{4}$ — 1‴.

Distoma Velellae *Filippi*: in *Müller's* Arch. f. Anatom. u. Physiol. 1843. 66. Tab. V. 12.

Habitaculum. *Velella spirans*: in ventriculo, Neapoli (*Philippi*).

†† Os nodulis s. papillis cinctum.

148. Distomum lineare *ZEDER.*

Corpus lineare planum, postice obtusatum. *Collum* angustatum. *Os* anticum subglobosum exiguum nodulis sex

cinctum. *Acetabulum* ore multo majus, remotum. *Penis* teres majusculus supra acetabulum. Longit. 5 — 7‴; latit. $\frac{2}{3}$‴.

Fasciola linearis *Rudolphi*: Obs. I. 29. et: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 85.

Distoma lineare *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 219. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 414. ej. Synops. 113. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 444.

Habitaculum. *Phasianus Gallus*: in intestinis crassis pullorum, Octobri, Gryphiae (*Rudolphi*).

149. Distomum laureatum *ZEDER*.

Corpus oblongum depressiusculum. *Collum* breve continuum latum. *Os* terminale orbiculare nodulis sex cinctum. *Acetabulum* ore majus ad colli basin, apertura circulari. *Apertura* genitalis inter os et acetabulum. Longit. $\frac{3}{4}$ — $1\frac{1}{2}$‴; latit. $\frac{1}{8}$ — $\frac{3}{4}$‴.

Fasciola Farionis *Müller*: Zool. Dan. II. 42. Tab. LXXII. 1. — 3. — *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 68. Tab. II. 4. 5.

Fasciola Truttae *Frölich*: in Naturf. XXIV. St. 126. Tab. IV. 16. et 17.

Fasciola laureata *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 86.

Distoma laureatum *Zeder*: Nachtrag. 192. et: Naturg. d. Eingeweidew. 219. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 413. ej. Synops. 113. et 413. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 435.

Habitaculum. *Salmo Fario* (*Frölich*), Augusto (*Rudolphi*); *S. Trutta*, autumno (*Frölich*), Majo (*Zeder*); *S. Umbla* et *Thymallus vexillifer*: in intestinis. M. C. V.

150. Distomum nodulosum *ZEDER*.

Corpus ovatum v. lagenaeforme turgidum. *Collum* cylindricum angustatum. *Os* terminale orbiculare nodulis sex cinctum. *Acetabulum* ore minus, ad colli basin, apertura circulari. *Penis* rectus apice curvatus supra acetabulum. Longit. $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$‴; crassities $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{3}$‴.

Fasciola Luciopercae *Müller*: Prodrom. 2710. et: in Zool. Dan. I. 32. Tab. XXX. 2. — *Gmelin*: System. nat. 3057.

Fasciola Percae cernuae *Müller*: Prodrom. 2711. et in Zool. Dan. I. 32. Tab. XXX. 3.

Fasciola percina *Schrank*: in Vet. Ac. N. Handl. 1790. 123.

Fasciola nodulosa *Frölich*: in Naturf. XXV. St. 76.

Planaria Lagena *Braun*: in Schrift. d. Berlin. naturf. Freunde VIII. 237. Tab. X. 1. — 3.

Distoma Luciopercae *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 216.
Distoma nodulosum *Zeder*: Nachtr. 190. et Naturg. d. Eingeweidew. 219. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 410. ej. Synops. 113. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. X. 1.—3. — *Creplin*: Nov. obs. d. Entoz. 67. — *Mehlis*: in Isis 1831. 184. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1836. 217. et: in *Müller's* Arch. 1836. 233. et 238. (physiol.) — *Creplin*: in *Ersch* u. *Grub*. Encycl. XXXII. 289. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 434.
Distoma Campanula *Dujardin?*: Hist. nat. des Helminth. 435.

Habitaculum. *Acerina vulgaris* (*Zoega et Zeder*). — *Aspro vulgaris* (*Schrank*); *A. Zingel* (*Cat. E. V.*). — *Perca fluviatilis*, Gryphiae (*Rudolphi*), Rhedoni (*Dujardin*). — *Lucioperca Sandra*, Decembri, Januario, Februario et Martio, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Esox Lucius*, Februario (*Creplin et Dujardin*). — *Barbus communis*, Parisiis (*Dujardin*): in intestinis. M. C. V.

151. Distomum papillosum *DIESING*.

Corpus cylindricum retrorsum sensim angustatum, utrinque rotundatum, transverse annulato-plicatum. *Os* anticum orbiculare nodulis octo cinctum. *Acetabulus* ore parum majus, subcentrale superum, apertura circulari. Long. $\frac{1}{2}'''$; crass. $\frac{1}{15}'''$.

Distoma Beroes *Will*: in *Wiegmann's* Arch. 1844. I. 343. Tab. X. 10.—13.

Habitaculum. *Beroe rufescens*: in vasis aquiferis, Tergesti (*Will*).

B. Armata.

a. Corpus planum v. depressum.

α. Acetabulum sessile, ore majus.

152. Distomum trigonocephalum *RUDOLPHI*.

Corpus oblongum depressiusculum. *Collum* antrorsum attenuatum. *Caput* trigonum echinatum. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* ore multo majus ad colli basin, apertura circulari. *Penis* filiformis flexuosus collo longior, supra acetabulum. Longit. $\frac{1}{2}$—5''; latit. $\frac{1}{3}$—1''.

Planaria Putorii *Goeze*: Naturg. d. Eingeweidew. 175. Tab. XIV. 7. 8.
Planaria Melis *Goeze*: Naturg. 176. Tab. XIV. 9. et 10.
Fasciola Putorii *Schrank*: Verz. 17. — *Rudolphi*: Obs. I. 35.
Fasciola Melis *Schrank*: Verz. 17. — *Rudolphi*: Obs. I. 26.

Fasciola armata *Rudolphi*: Obs. II. 16. — et: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 88.

Fasciola trigonocephala *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 87.

Distoma Melis *Zeder*: Nachtrag. 194.

Distoma armatum *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 220.

Distoma trigonocephalum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 415. III. 376. ej. Synops. 114. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 423. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1845. 327. ad 37. et 49. b.

Habitaculum. *Meles Taxus et Mustela Putorius* (*Goeze, Zeder, Rudolphi et Bremser*); *M. vulgaris*, Julio (*Rudolphi*); *M. Foina* (*Treutler*); *M Lutreola* (*Otto*). — *Canis Vulpes* (*Creplin*). — *Erinaceus europaeus* (*Rudolphi et Bremser*). — *Lutra vulgaris*: in intestinis tenuibus. M. C. V.

153. Distomum Spiculator *DUJARDIN.*

Corpus ovato-oblongum depresssiusculum. *Collum* continuum conicum. *Caput* triangulare echinatum. *Os* subterminale, subglobosum. *Acetabulum* ore multo majus, centrale, apertura circulari. *Penis* longus filiformis echinatus, in receptaculo clavaeformi, supra acetabulum. Longit. $\frac{1}{2}$ — 1‴; latit. $\frac{1}{4}$‴.

Distoma Spiculator *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 424.

Habitaculum. *Mus decumanus*: in intestinis tenuibus, Augusto (*Dujardin*).

154. Distomum acanthoides *RUDOLPHI.*

Corpus sublineare depressum, retrorsum attenuatum. *Collum* conicum echinatum. *Os* terminale exiguum. *Acetabulum* ore multo majus. Longit. 1 — 2‴; latit. $\frac{1}{3}$‴.

Distoma acanthoides *Rudolphi*: Synops. 114. et 415. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 424.

Habitaculum. *Phoca vitulina*: in intestinis tenuibus, Junio, Berolini (*Rudolphi*).

155. Distomum heteroporum *DUJARDIN.*

Corpus lanceolatum inaequale, antice spinulis deciduis armatum. *Os* variabile. *Acetabulum* ore majus antice sinuatum. *Penis* in acetabuli sinu. Longit. $\frac{1}{2}$ — 1‴; latit. ad $\frac{1}{5}$‴.

Distoma heteroporum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 402.

Habitaculum. *Vespertilio Pipistrellus*: in intestinis, Rhedoni (*Dujardin*).

156. Distomum echinatum *ZEDER.*

Corpus sublineare planum. *Collum* conicum subtus excavatum. *Caput* reniforme echinatum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore duplo majus ad colli basin, apertura circulari. Longit. 2—7‴; latit. $\frac{1}{2}$—1‴.

Cucullanus conoideus *Bloch*: Abhandl. v. d. Erz. d. Eingeweidew. 35. Tab. X. 3.—7. (mala).

Planaria teres poro simplici *Goeze*: Naturg. d. Eingeweidew. 147. Tab. XIII. 8.—11. (mala).

Fasciola Anatis *Gmelin*: System. nat. 3055.

Festucaria Anatis *Schrank*: Verz. 16.

Festucaria Boschadis *Schrank*: in Vet. Ac. N. Handl. 1790. 132. et: Naturhist. Auf. 332. Tab. V. 16. 17.

Fasciola Gruis *Gmelin*: Syst. nat. 3055.

Distoma Gruis *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 221. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 432.

Distoma Anatis *Zeder*: Nachtrag. 196.

Distoma excavatum (Nycticoracis) *Rudolphi*: Synops. 109.

Distoma echinatum *Zeder*: Naturg. 220. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 418. ej. Synops. 115. et 416. App. 665. — *Bremser*: Icon. Helm. Tab. X. 4. et 5. — *Nathusius*: in *Wiegmann's* Arch. 1835. I. 53. — *Creplin*: in *Ersch* u. *Grub.* Encycl. XXXII. 289. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 426. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 141. 142. 144 et 145.

Distoma radiatum *Dujardin*?: Hist. nat. des Helminth. 427.

Habitaculum. *Anas Boschas dom. et fera* (*Bloch*, *Goeze*, *Zeder* et p. a.); *A. Anser*, *clypeata*, *ferina*, *strepera*, *Penelope et Nyraca* (*M. V.*); *A. clangula et fuligula* (*Mehlis*); *A. moschata* (*Dujardin*); *A. Marila*, *Tadorna et Cygnus fer.* (*Creplin*). — *Podiceps minor.* — *Carbo Cormoranus et pygmaeus* (*M. V.*). — *Ardea comata et Nycticorax* (*Bremser*), in Brasilia (*Natterer*); *A. Grus* (*Bremser*); *A. pavonia*, Novembri (*D.*). — *Ciconia nigra* (*Nathusius*): in intestinis. M. C. V.

157. Distomum dilatatum *MIRAM.*

Corpus elongatum planum, postice obtusum subplicatum. *Collum* depressum angustatum medio dilatatum. *Caput* semilunare, limbo echinato. *Os* anticum exiguum orbiculare.

Acetabulum maximum ad colli basin, apertura circulari. Long. corporis 2—4‴; latit. 1‴; long. colli $\frac{2}{3}$‴.

Distoma dilatatum *Miram*: in Bull. de la soc. imp. des natural. de Moscou 1840. 158.

Habitaculum. *Phasianus Gallus pullus*: in intestino recto et coeco, Septembri, Vilnae (*Miram*).

158. Distomum uncinatum *ZEDER.*

Corpus lineare planum. *Collum* latiusculum. *Caput* subreniforme echinatum. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* ore multo majus ad colli basin, apertura circulari. Longit. 3—6‴; latit. $\frac{2}{3}$—$\frac{3}{4}$‴.

Fasciola crenata *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 60. Tab. II. 10. 11.
Distoma chloropodis *Zeder*: Nachtrag. 198.
Distoma uncinatum *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 221. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 420. ej. Synops. 115. et 417. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 428.

Habitaculum. *Gallinula Chloropus*: in intestinis crassis, Majo (*Frölich*), Julio (*Zeder*).

159. Distomum leptosomum *CREPLIN.*

Corpus tenue, depressum. *Collum* antrorsum angustatum. *Caput* subreniforme echinatum. *Os* anticum exiguum. *Acetabulum* ore multo majus ad colli basin. *Penis* brevis supra acetabulum. Longit. 4—5‴.

Distomum leptosomum *Creplin*: Nov. obs. de Entoz. 57. — *Mehlis*: in Isis 1831. 177. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 428.

Habitaculum. *Tringa variabilis*: Octobri, Gryphiae (*Schilling*). — *Chalidris arenaria* (*Mehlis*): in intestinis.

160. Distomum militare *RUDOLPHI.*

Corpus lineare planum. *Collum* corpore subaequale. *Caput* subreniforme echinatum. *Os* terminale. *Acetabulum* amplissimum ad colli basin. *Penis* filiformis flexuosus apice ostiolo hiante, supra acetabulum, collo longior. Longit. 3—5‴; latit. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}$‴.

Fasciola militaris *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 2. 30.
Distoma militare *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 421. — Synops. 115. et 418. — *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Anim. evert. Phytoz.

Turbell. Corollar. I. (physiol.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 429.

Habitaculum. *Numenius arquatus*, Januario, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Scolopax Gallinula* (*Hildebrandt*); *S. Gallinago*, autumno, et *Gallinula Porzana* (*Bremser*): in intestinis. M. C. V.

161. Distomum echinocephalum *RUDOLPHI.*

Corpus sublineare planum, retrorsum attenuatum, planum. *Caput* reniforme echinatum. *Os* terminale exiguum. *Acetabulum* ore multo majus, superum. Longit. $1\frac{1}{2}'''$.

Planaria latiuscula *Goeze*: Naturgesch. d. Eingeweidew. 173.
Fasciola Milvi *Gmelin*: Syst. nat. 3054.
Distoma Milvi *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 209. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 439.
Distoma echinocephalum *Rudolphi*: Synops. 115. et 418. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 425.

Habitaculum. *Falco Milvus*: in intestino recto, Augusto (*Treutler*). M. C. V.

Species 156. — 161. nisi aliis characteribus distinctae, vix inter se diversae.

162. Distomum bilobum *RUDOLPHI.*

Corpus lineare postice rotundatum, planum. *Collum* breve subtus excavatum. *Caput* bilobum, lobis semilunaribus, disco et margine spinosis. *Os* anticum exiguum, infra loborum sinum. *Acetabulum* maximum ad colli basin, apertura circulari. Longit. $4 - 6'''$; latit. $\frac{1}{2} - \frac{2}{3}'''$.

Distoma bilobum *Rudolphi*: Synops. 114. et 416. *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 431.

Habitaculum. *Ibis falcinellus*, hyeme et vere (*Bremser*). — *Platalea leucorodia*, Aprili et Julio (*Dies.*): in intestinis. M. C. V.

163. Distomum serratum *DIESING.*

Corpus lineare depressum, postice rotundatum, marginibus lateralibus undulatis, serratis. *Collum* angustatum subtus excavatum. *Caput* reniforme limbo echinato. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* maximum ad colli basin, apertura subcirculari. Longit. $1 - 1\frac{1}{2}'''$; latit. $2 - 2\frac{1}{2}'''$.

Habitaculum. *Aranus scolopaceus*: in intestinis, Aprili, Majo, Octobri et Novembri in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

164. Distomum cinctum *RUDOLPHI.*

Corpus oblongum depressiusculum, retrorsum increscens rotundatum. *Collum* conicum. *Caput* suborbiculare echinatum. *Os* terminale. *Acetabulum* ore multo majus ad colli basin. Longit. 1 — $1\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{8}'''$.

Fasciola cincta *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 2. 31.
Distoma cinctum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 422. ej. Synops. 116. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 431.
Distoma Tringae helveticae *Rudolphi*: Synops. 120.

Habitaculum. *Vanellus cristatus* (*Weigel*); *V. melanogaster*, autumno (*Bremser*): in intestinis. M. C. V.

165. Distomum apiculatum *RUDOLPHI.*

Corpus oblongum depressiusculum. *Collum* corpore subaequale uncinatum. *Caput* subconicum echinatum. *Os* anticum exiguum. *Acetabulum* ore majus ad colli basin. Long. 3 — $4\frac{1}{2}'''$: latit. $\frac{1}{2}'''$.

Distoma Stridulae *Reich*: in Neue Schrift. d. Berlin. naturf. Freunde 381.
Fasciola apiculata *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 2. 31.
Distoma apiculatum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 423. ej. Synops. 116. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 435.

Habitaculum. *Strix Aluco* (*Reich*); *S. flammea*, Novembri; Gryphiae (*Rudolphi*): in intestinis crassis.

166. Distomum laticolle *RUDOLPHI.*

Corpus sublineare depressum. *Collum* dilatatum utrinque aculeatum. *Caput* subglobosum echinatum. *Os* terminale. *Acetabulum* ore majus ad colli basin. Longit, $1\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{4}'''$.

Distoma laticolle *Rudolphi*: Synops. 117. et 421. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 432.

Habitaculum. *Caranx trachurus*: in intestinis, Aprili et Julio, Armini et Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

167. Distomum annulatum *DIESING.*

Corpus lineare depressiusculum, transverse annulato-plicatum. *Collum* conicum subtus excavatum. *Caput* reniforme, echinatum. *Os* terminale. *Acetabulum* ore multo majus ad colli basin, apertura circulari. Longit. 6''': latit. ultra $\frac{1}{2}'''$.

Habitaculum. *Gymnotus electricus*: in intestinis, Septembri in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

β. Acetabulum sessile, ore minus.

168. Distomum Lima *RUDOLPHI.*

Corpus elongatum depressiusculum, utrinque attenuatum, echinatum. *Os* terminale globosum, apertura longitudinali. *Acetabulum* ore minus superum, apertura circulari. *Penis* filiformis subflexuosus supra acetabulum. Long. 1—3‴; latit. $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$‴.

Fasciola Vespertilionis *Müller*: in Zool. Dan. II. 43. Tab. LXXII. 12. —16. — *Schrank*: Verz. 18. — *Rudolphi*: Obs. I. 27.

Planaria Vespertilionis *Goeze*: Naturg. d. Eingeweidew. 171. Tab. XIV. 1. 2.

Fasciola picta *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 64.

Distoma Vespertilionis *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 214.

Distoma Lima *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 427. ej. Synops. 117. — *Creplin*: Nov. obs. d. Entoz. 70. — *Mehlis*: in Isis 1831. 185. (et anatom.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 437.

Habitaculum. *Vespertilio auritus*, vario anni tempore (*Müller*, *Goeze*, *Weigel*, *Bremser*); *V. murinus*, Gryphiae (*Rudolphi*), praesertim aestate (*Bremser*); *V. discolor*, *Noctula et Pipistrellus* (*Cat. E. V.*). — *Rhinolophus Ferrum equinum*, aestate (*Bremser*). — *Molossus nasutus et rufus*, Novembri in Brasilia (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

Celeb. Müllero teste, Vespertilionum intestina perfodit.

169. Distomum instabile *DUJARDIN.*

Corpus ovato-oblongum depressum, antrorsum transverse rugosum, spinulosum. *Os* subterminale orbiculare. *Acetabulum* ore multo minus, apertura circulari. *Penis* supra acetabulum. Longit. $\frac{1}{2}$‴; latit. vix $\frac{1}{4}$‴.

Distoma instabile *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 412.

Habitaculum. *Sorex Daubentonii*: in intestinis, Octobri, Rhedoni (*Dujardin*).

170. Distomum ferox *ZEDER.*

Corpus subellipticum v. suborbiculare, supra convexiusculum, subtus planum, echinatum, extremitate caudali lineari

plana, inermi, corpore duplo fere longiore. *Caput* subglobosum v. reniforme aculeatum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore minus in extremitate caudali subcentrale, apertura circulari. *Apertura* genitalis supra acetabulum. Longit. corporis ad 1‴; latit. ad 1‴; longit. caudae ad 2‴; latit. $\frac{1}{3}$‴.

Planaria *Goeze*: Naturg. d. Eingeweidew. 177. Tab. XVI. (intestinum tuberculosum).
Fasciola Ardeae *Gmelin*: Syst. nat. 3055.
Distoma Ardeae *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 222.
Distoma Ardeae stellaris *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 432. Synops. 120.
Fasciola ferox *Rudolphi*: Obs. II. 15. et: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 90.
Echinorhynchus Ardeae nigrae *Braun*: in lit.
Distoma ferox *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 221. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 426. ej. Synops. 116. et 419. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. X. 6.—11. (mediocris). — *Nathusius*: in *Wiegmann's* Arch. 1837. I. 53. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 429.

Habitaculum. *Ciconia alba*, Aprili et Julio, Gryphiae (*Rudolphi*), Vindobonae (*Bremser*), Majo, Rhedoni (*Dujardin*); *C. nigra* (*Braun*), Septembri, Gryphiae (*Rudolphi*), Vindobonae (*Bremser*). — *Ardea stellaris*, Novembri (*Goeze*): in intestinorum membranae villosae cavernulis profundis, quarum margines elevati et duriusculi sunt, plerumque solitarie latens. M. C. V.

171. Distomum retusum *DUJARDIN.*

Corpus depressum oblongum, lineare, antrorsum attenuatum, postice sinuato-truncatum, spinulosum. *Os* orbiculare. *Acetabulum* ore duplo minus, apertura subcirculari. *Penis* inermis. Longit. 1‴; latit. $\frac{1}{4}$‴.

Distoma clavigerum *Rudolphi*: Synops. 103. ex parte?
Distoma Ranae esculentae *Valentin?* Repertor. 1841. 54.
Distoma retusum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 405.

Habitaculum. *Rana temporaria*: in intestinis, Rhedoni (*Dujardin*).

172. Distomum endolobum *DUJARDIN.*

Corpus depressum obovato-oblongum, antrorsum angustatum, postice obtusum, totum spinulosum. *Os* terminale oblongum. *Acetabulum* ore minus, apertura circulari. Longit. 1—2‴; latit. $\frac{1}{5}$—$\frac{1}{2}$‴.

Distoma endolobum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 397.

Habitaculum. *Pelophylax esculentus* et *Salamandra maculosa*: in intestinis, Rhedoni (*Dujardin*).

γ. Acetabulum sessile, magnitudine oris.

173. Distomum recurvum *DUJARDIN.*

Corpus depressum recurvatum, antice spinulis adspersum. *Os* anticum. *Acetabulum* magnitudine oris. Longit. $1\frac{3}{4}$—$2'''$; latit. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}'''$.

Distoma recurvum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 410.

Habitaculum. *Mus sylvaticus*: in intestinis, Rhedoni (*Duj.*).

174. Distomum migrans *DUJARDIN.*

Corpus ellipticum depressum, utrinque attenuatum v. linearre recurvatum, antice spinulosum. *Os* anticum oblongum. *Acetabulum* magnitudine fere oris, hemisphaericum. Longit. $\frac{3}{8}$—$\frac{7}{8}'''$; latit. $\frac{1}{8}$—$\frac{3}{8}'''$.

Distoma migrans *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 407. — 409.

Habitaculum. *Sorex araneus* et *leucodon*: in intestinis (*Dujardin*).

Cum *Distomo Myoxis nitellae*, *Muris decumani* et *Ratti*, *Turdi musici* et *Ranae temporariae* identicum habet Cl. *Dujardin*.

175. Distomum arcuatum *DUJARDIN.*

Corpus oblongum depressiusculum, arcuatum, interdum in collum attenuatum, spinulis adspersum. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* magnitudine fere oris, apertura circulari. Longit. 1 — $1\frac{3}{4}'''$; latit. $\frac{3}{8}$—$\frac{1}{2}'''$.

Distoma arcuatum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 410.

Habitaculum. *Corvus glandarius*: in intestinis, Rhedoni (*Dujardin*).

176. Distomum arrectum *DUJARDIN.*

Corpus ovato-oblongum depressiusculum, spinulosum. *Os* subterminale orbiculare. *Acetabulum* magnitudine oris, apertura circulari. *Penis* rectus muricatus in receptaculo cylindrico. Longit. ad $\frac{3}{4}'''$; latit. ad $\frac{1}{4}'''$.

Distoma arrectum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 403.

Habitaculum. *Lacerta viridis*: in intestinis, Rhedoni (*Dujardin*).

177. Distomum Assula *DUJARDIN.*

Corpus lineare, depressum, utrinque parum attenuatum, antice spinulosum. *Os* orbiculare. *Acetabulum* magnitudine oris, apertura circulari. *Penis* receptaculum fusiforme. Long. $2\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{3}{5}'''$.

Distoma assula *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 398.

Habitaculum. *Tropidonotus Natrix*: in intestinis, Tolosae (*Dujardin*).

178. Distomum signatum *DUJARDIN.*

Corpus ovato-oblongum depressum, contortum, antice spinulosum. *Os* orbiculare. *Acetabulum* magnitudine oris, apertura circulari. Longit. $1'''$; latit. ad $\frac{1}{3}'''$.

Distoma signatum *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 415.

Habitaculum. *Tropidonotus Natrix*: in oesophago, Majo, Rhedoni (*Dujardin*).

179. Distomum Pristis *DESLONGCHAMPS.*

Corpus lineare depressum. *Collum* utroque margine echinatum. *Os* terminale armatum. *Acetabulum* magnitudine oris, ad colli basin. Longit. $1\frac{1}{4}$—$6'''$.

Distoma Pristis *Deslongchamps*: in Encycl. méth. Vers. 281. et: in Dict. class. d'hist. nat. V. 565. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 433.

Habitaculum. *Merlangus communis*: in intestinis, Julio, in Normandia (*Deslongchamps*).

b. Corpus teres.

α. Acetabulum sessile, ore majus.

180. Distomum incrassatum *DIESING.*

Corpus cylindricum gracile, antrorsum incrassatum. *Collum* longum angustatum, subtus concavum. *Caput* reniforme echinatum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore multo majus ad colli basin, apertura circulari. *Penis* cylindricus,

supra acetabulum, collo duplo longior. Longit. 6—8‴; antice $\frac{3}{4}$‴; postice $\frac{1}{4}$‴ crassum.

Habitaculum. *Lutra solitaria*: in ventriculo et intestinis, Augusto, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

181. Distomum exasperatum *RUDOLPHI.*

Corpus subclavatum retrorsum attenuatum, undique aculeatum. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* ore duplo majus, superum, apertura circulari. *Penis* cornu spirale inter os et acetabulum. Longit. 2‴; crassities $\frac{1}{2}$‴.

Distoma exasperatum *Rudolphi*: Synops. 117. et 431. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 411.

Habitaculum. *Sorex constrictus*: in intestinis, autumno (*Bremser*). M. C. V.

182. Distomum nephrocephalum *DIESING.*

Corpus teres. *Collum* subtus concavum. *Caput* reniforme echinatum. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* ore majus, ad colli basin, apertura circulari. Longit. 3‴; crassities $\frac{1}{4}$‴.

Distoma Turdi Cat. Entoz. manusc. — *Rudolphi*: Synops. 130.

Habitaculum. *Turdus saxatilis*: in intestinis, vere et aestate. M. C. V.

183. Distomum Baculus *DIESING.*

Corpus teretiusculum subaequale antice rotundatum. *Collum* angustatum subtus excavatum. *Caput* reniforme echinatum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore multo majus, ad colli basin, apertura circulari. Longit. $1\frac{1}{2}$‴; crassities $\frac{1}{4}$‴.

Distoma Mergi Cat. Entoz. Vien. 27. — *Rudolphi*: Synops. 121.

Habitaculum. *Mergus albellus*: in intestinis, aestate. M. C. V.

184. Distomum denticulatum *RUDOLPHI.*

Corpus teretiusculum retrorsum angustatum. *Collum* corpore subaequale, uncinatum. *Caput* subconicum basi tumidum echinatum. *Os* terminale. *Acetabulum* ore majus, subglobosum, ad colli basin apertura circulari. Longit. 1—$1\frac{1}{2}$‴.

Fasciola denticulata *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 91. Tab. II. 8.

Distoma denticulatum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 424. Tab. V. 3. a. b. ej. Synops. 116. et 419. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 430.

Habitaculum. *Sterna Hirundo*, Julio, Gryphiae (*Rudolphi*); *S. cantiaca et nigra*: in intestinis. M. C. V.

185. Distomum spinulosum *RUDOLPHI.*

Corpus teretiusculum. *Collum* angustatum. *Caput* subconicum basi tumidum, echinatum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore multo majus, ad colli basin, apertura circulari. Longit. 3‴; crassities $\frac{1}{3}$‴.

Distoma spinulosum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 425. ej. Synops. 116. et 419. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 430. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 141. 144. et 146.

Habitaculum. *Larus argentatus*, Junio; *L. ridibundus*, Julio. — *Colymbus septentrionalis*, Augusto, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Podiceps cristatus*, aestate (*Bremser*). — *Carbo graculus*. — *Anas Querquedula* et *Uria Grylle* (*Mehlis*): in intestinis. M. C. V.

186. Distomum fallax *RUDOLPHI.*

Corpus teretiusculum subaequale. *Collum* angustatum. *Caput* subglobosum echinatum. *Os* anticum subglobosum. *Acetabulum* ore majus subglobosum. Longit. $1\frac{1}{2}$—5‴.

Distoma fallax *Rudolphi*: Synops. 117. et 420. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 432.

Habitaculum. *Uranoscopus scaber*: in ventriculo, Junio et Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

187. Distomum hispidum *ABILDGAARD.*

Corpus teretiusculum. *Collum* longum angustatum, totum spinosissimum. *Os* anticum globosum. *Acetabulum* ore majus, ad colli basin, globosum. Longit. 4—9‴; crassities $\frac{1}{4}$‴.

Distoma hispidum *Viborg*: Ind. Mus. Vet. Haf. 243.

Distoma Sturionis *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 435.

Distoma hispidum *Abildgaard*: *Rudolphi* Synops. 118. et 423. — *Creplin*: Nov. obs. d. Entoz. 73. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 187. — 190. *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 470.

Habitaculum. *Accipenser Sturio* (*Abildgaard*), Majo, Armini, Junio, Berolini (*Rudolphi*), Vindobonae (*Bremser*), Junio, Gryphiae (*Creplin*); *A. glaber*, Majo, Junio et Julio; *A. Ruthenus*, Majo, Augusto et Decembri; *A. stellatus*, Martio et Octobri (*Diesing*): in intestinis. M. C. V.

Celeb. *Creplin* supra nucham tuberculum vidit.

188. Distomum scabrum *ZEDER.*

Corpus teres transverse annulato-plicatum, cauda tenui retractili. *Collum* breve hispidum. *Os* anticum orbiculare, echinatum. *Acetabulum* ore majus, globosum, apertura circulari. Longit. vix 1‴.

Fasciola scabra *Müller*: in Zool. Dan. II. 14. Tab. LI. 1. — 8.
Distoma scabrum *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 215. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 406. ej. Synops. 118. et 424. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 432.

Habitaculum. *Morrhua barbata*: in ventriculo, Novembri (*Ott. Fr. Müller*). — *Lota Molva*: in intestinis, Junio, Neapoli (*Rudolphi*).

β. Acetabulum sessile, magnitudine oris.

189. Distomum cristatum *RUDOLPHI.*

Corpus teres torulosum aculeatum, cauda attenuata nuda. *Os* anticum oblongum. *Acetabulum* magnitudine fere oris, superum subglobosum. Longit. 2 — $3\frac{1}{2}$‴; crassities $\frac{2}{3}$‴.

Distoma cristatum *Rudolphi*: Synops. 117. et 428. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 432.

Habitaculum. *Stromateus Fiatola*: in ventriculo, Majo, Armini (*Rudolphi*). M. C. V.

In nucha tuberculum prostat, quod nomini ansam dedit.

190. Distomum Histrix *DUJARDIN.*

Corpus teres variabile, cylindricum v. lagenaeforme, postice obtusatum. *Collum* spinulosum. *Caput* globosum uncinarum serie duplici. *Os* orbiculare. *Acetabulum* magnitudine fere oris, centrale. Longit. $\frac{1}{2}$ — 1‴; crassities $\frac{1}{4}$‴.

Distoma Hystrix *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 433.

Habitaculum. *Rhombus maximus et Platessa vulgaris*: in muco tenaci cavi oris et ad branchia folliculo globoso inclusum (*Dujardin*).

** *Acetabulum pedicellatum.*

191. Distomum contortum *RUDOLPHI.*

Corpus subcylindricum, retrorsum angustatum rotundatum, involutum. *Collum* longe conicum, subtus concavum, spinulosum, inflexum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore duplo majus, ad colli basin, pedicello crasso brevi suffultum, apertura circulari. Long. corporis expansi $\frac{1}{2}$ — 1″; crass. ultra 1″.

Distoma contortum *Rudolphi*: Synops. 118. et 424. — *Drumond*: in *Charlsword's* Magaz. of nat. hist. IV. 240. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 469.

Habitaculum. *Orthragoricus Mola*: ad branchia, Julio, Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

192. Distomum nigroflavum *RUDOLPHI.*

Corpus subcylindricum, retrorsum angustatum rotundatum, rectum. *Collum* conicum spinulosum. *Os* terminale subglobosum. *Acetabulum* ore multo majus, ad colli basin, pedicello brevi crasso suffultum, subglobosum. Longit. 3 — 6‴ usque ad 1″; crassities 1‴ et ultra.

Redi: Osservaz. d' intorno agli anim. viv. 168. Vers. 249. Tab. XX. 1. — 4. (mala).

Schisturus paradoxus *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 257. Tab. XII. 4. (ic. Redii).

Distoma nigroflavum *Rudolphi*: Synops. 118. et 425. — *Drumond*: in *Charlsword's* Magaz. of nat. hist. IV. 240. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 469.

Habitaculum. *Orthragoriscus Mola*: in ventriculo, Julio, Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

193. Distomum perlatum *NORDMANN.*

Corpus teres retrorsum angustatum rotundatum, undique aculeatum. *Collum* attenuatum subcylindricum, armatum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* ore majus ad colli basin, pedicello crasso brevi suffultum, hemisphaericum, apertura circulari. Longit. $\frac{1}{5}$‴.

Fasciola Tincae *Modeer*: in Vet. Acad. Nya Handl. 1790. 127.
Distoma globiporum Tincae *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 364. ej. Synops. 96.
Distoma perlatum *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 88. — 90. Tab. IX. 1. — 9. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXIX. 329. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 401.

Habitaculum. *Tinca chrysitis*: in intestinis (*Modeer*), Berolini (*de Nordmann*), Rhedoni (*Dujardin*).

Noduli aculeati sub lente 300. diamet. solum visi.

194. Distomum Pelagiae *KÖLLIKER.*

Corpus cylindricum apice breve acutum, basi rotundatum, undique spinulosum. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* ore multo majus centrale, pedicello crasso brevi suffultum, apertura subcirculari. *Porus* excretorius terminalis. Long. $\frac{1}{2}$ — 1‴.

Distoma Pelagiae *Kölliker*: Berichte von d. königl. zootom. Anst. z. Würzburg. II. Bericht. 1849. 52. — 54. Tab. II. 5. 6. (et anatom.)

Habitaculum. *Pelagia noctiluca*: in ventriculo, in genitalium cavernis et in substantia corporis, Neapoli. — *Argonauta Argo*: ad labia, frequens, Messinae (*Krohn et Kölliker*).

195. Distomum? Radula *DUJARDIN.*

Corpus cylindricum, antice dilatatum, sparse spinulosum. *Caput* disciforme antice sinuatum, limbo spinularum serie duplici armato. *Os* orbiculare. *Acetabulum* ore majus, pedicello crasso suffultum. Longit. $\frac{1}{2}$‴; crassities $\frac{1}{20}$ — $\frac{1}{10}$‴.

Distoma Radula *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 433.

Habitaculum. *Lymnaeus palustris*: ad membranam cavi respiratorii, capsula cartilaginea inclusum; Rhedoni (*Dujardin*).

Species inquirendae.

I. Mammalium.

196. Distomum Musculi *RUDOLPHI.*

Distoma Musculi Cat. Entoz. Vien. 27. — *Rudolphi*: Synops. 119.

Habitaculum. *Mus Musculus*: intestina. M. C. V.

Individuum mutilatum in collectione prostat.

197. Distomum Vitta *DUJARDIN.*

Corpus filiforme. Longit. $4\frac{1}{2}'''$; latit. ad $\frac{3}{8}'''$.

Distoma Vitta *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 418.

Habitaculum. *Mus sylvaticus*: in intestinis, Rhedoni (*Dujardin*).

II. Avium.

198. Distomum Buteonis *ZEDER.*

Naturg. d. Eingeweidew. 221. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 430. ej. Synops. 119.

Habitaculum. *Falco Buteo*: in intestinis tenuibus, Decembri (*Goeze*).

199. Distomum Aluconis intestinale *RUDOLPHI.*

Habitaculum. *Strix Aluco*: in intestinis. M. C. V.

Individuum valde mancum in collectione servatur.

200. Distomum Aluconis thoracicum *RUDOLPHI.*

Rudolphi: Entoz. hist. II. 385. (sub Distomo pusillo). ej. Synops. 119.

Habitaculum. *Strix Aluco*: in cavo thoracis, Aprili (*Braun*).

201. Distomum Collurionis *ZEDER.*

Corpus planiusculum, oblongo-ovatum, albidum, signatura ferruginea undulata. Longit. $1'''$.

Fasciola Collurionis *Schrank*: in Vet. Acad. Nya Handl. 1790. 123.
Distoma Collurionis *Zeder*: Nat. d. Eingeweidew. 211. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 430. ej. Synops. 119.

Habitaculum. *Lanius Collurio*: in intestinis (*Schrank*).

202. Distomum clathratum *DESLONGCHAMPS.*

Corpus depressiusculum ovato-oblongum. *Collum* teretiusculum. *Os* anticum. *Acetabulum* ovale limbo tumido. *Ovaria* clathrata. Longit. $1-2'''$.

Distoma clathratum *Deslongchamps*: in Dict. class. d'hist. nat. V. 565. et: in Encycl. méth. Vers. 265. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helm. 393.

Habitaculum. *Cypselus Apus*: in vesica fellea, Majo (*Deslongchamps*).

203. Distomum crassum *SIEBOLD.*

Siebold: in *Müller's* Arch. 1836. 234. nota, et: in Lehrb. d. vergl. Anatom. I. 143.

Habitaculum. *Hirundo urbica*: in intestino crasso (*Siebold*).

204. Distomum brachysomum *CREPLIN.*

Creplin: in *Wiegmann's* Arch. f. Naturgesch. 1846. 134. 136. et 142.

Habitaculum. *Charadrius Hiaticula.* — *Ardea cinerea et Anas glacialis*: in intestino coeco (*Creplin*).

205. Distomum bursicola *CREPLIN.*

Creplin: in *Wiegmann's* Arch. f. Naturgesch. 1846. 134.

Habitaculum. *Ardea cinerea*: in bursa Fabricii (*Creplin*).

206. Distomum pictum *CREPLIN.*

Creplin: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXV. 313. et 316.

Habitaculum. *Ciconia alba*: in cloaca (*Creplin*).

207. Distomum intermedium *MEHLIS.*

Creplin: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 139.

Habitaculum. *Podiceps subcristatus*: in intestinis (*Mehlis*).

208. Distomum elongatum *MEHLIS.*

Creplin: in *Wiegmann's* Arch. f. Naturgesch. 1846. 139. et 140.

Habitaculum. *Larus argentatus et marinus* (*Mehlis*); *L. ridibundus* (*Creplin*): in intestinis.

209. Distomum constrictum *MEHLIS.*

Creplin: in *Wiegmann's* Arch. f. Naturgesch. 1846. 143.

Habitaculum. *Anas mollissima* et *nigra* (*Mehlis*): in intestinis.

210. Distomum pyriforme *CREPLIN.*

Creplin: in *Wiegmann's* Arch. f. Naturgesch. 1846. 142.

Habitaculum. *Anas fusca* (*Schilling*); *A. glacialis* (*Creplin*): in intestinis.

211. Distomum Anatis fuscae *VIBORG.*

Ind. Mus. Vet. Haf. 243. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 431. ej. Synops. 120.

Habitaculum. *Anas fusca*: in intestinis (*Abildgaard*).

Ad speciem praecedentem aut forsan ad *Distomum echinatum* pertinet.

III. Ampibiorum.

212. Distomum glabrum *CREPLIN.*

Creplin: in *Wiegmann's* Arch. f. Naturgesch. 1846. 148.

Habitaculum. *Salamandra maculosa*: in intestinis (*Creplin*).

213. Distomum Colubri americani *RUDOLPHI.*

Corpus clavatum polymorphum. *Collum* angustatum. *Acetabulum* ore majus.

Fasciola Colubri *Bosc*: Hist. nat. des Vers. I. 271. Tab. IX. 1. — 3.
Distoma Colubri americani *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 434. ej. Synops. 121.

Habitaculum. *Coluber sp. americana*: in fauce (*Bosc*).

IV. Piscium.

214. Distomum Cyclopteri *FABRICIUS.*

Fabricius: in Dansk. Selsk. Skrivt. III. 2. 14. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 438. ej. Synops. 121.

Habitaculum. *Cyclopterus Lumpus*: in intestinis, Aprili (*Fabricius*).

215. Distomum Anarrhichae *RATHKE.*

Rathke: in Dansk. Selsk. Skrivt. V. 70. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 435. ej. Synops. 121.

Habitaculum. *Anarrhichas Lupus*: in intestinis (*Rathke*).

Ad *Distomum appendiculatum* forsan pertinet.

216. Distomum Wachniae *TILESIUS.*

Tilesius: in Mém. de l'Ac. des Sciences de St. Petersburg II. 363. et 374. Tab. XIX. 8. — 10. — *Rudolphi*: Synops. 122. et 427.

Habitaculum. *Gadus Wachnia*: in intestinis (*Tilesius*).

Cum *Distomo scabro* forsan identicum.

217. Distomum Scorpaenae *M. C. V.*

Cat. Entoz. 27. — *Rudolphi*: Synops. 122.

Habitaculum. *Scorpaena Scrofa*: in intestinis. M. C. V.

In collectione individuum mutilatum servatur.

218. Distomum Soleae *DUJARDIN.*

Corpus ovato-oblongum depressum. *Os*... *Acetabulum* ore majus. *Penis* longus filiformis in receptaculo fusiformi. Longit. $\frac{1}{2}'''$; latit. ad $\frac{1}{4}'''$.

Distoma Soleae *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 417.

Habitaculum. *Solea vulgaris*: in intestinis, Rhedoni (*Dujardin*).

219. Distomum Spari *M. C. V.*

Cat. Entoz. 27. — *Rudolphi*: Synops. 122.

Habitaculum. *Payellus erythrinus* et *Smaris vulgaris*: in intestinis. M. C. V.

Individua nonnulla destructa servantur.

220. Distomum Labracis *DUJARDIN.*

Corpus oblongum utrinque obtusum. *Os*... *Acetabulum* magnitudine oris. *Penis* inermis longus pone acetabulum, in receptaculo clavaeformi. Longit. $4-4\frac{1}{2}'''$; latit. $1-1\frac{1}{4}'''$.

Distoma Labracis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 398.

Habitaculum. *Labrax Lupus*: in intestinis, Rhedoni (*Dujardin*).

221. Distomum Triglae *M. C. V.*

Cat. Entoz. manusc. — *Rudolphi*: Synops. 122.

Habitaculum. *Trigla Cuculus*: in intestinis. M. C. V.

Individuum mancum.

222. Distomum Lucii *RUDOLPHI.*

Corpus ellipticum, ore et acetabulo magno instructum. Longit. $\frac{1}{2}'''$.

Distomum Lucii *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 2. 29. — Entoz. hist. II. 438. ej. Synops. 122.

Habitaculum. *Esox Lucius*: in intestinis, Januario, solitarium, Gryphiae (*Rudolphi*).

XX. RHOPALOPHORUS *DIESING.*

Distoma *Rudolphi.*

Corpus depressum, armatum v. inerme. *Collum* seu caput corpore continuum antice dilatatum rotundatum, subtus excavatum. *Os* terminale acetabuliforme, orbiculare. *Tentacula* duo cylindrica protractilia armata, utroque margine os limitantia. *Acetabulum* unum ventrale sessile. *Penis* supra acetabulum. *Porus* excretorius... — Marsupialium Americae tropicae endoparasita.

1. Rhopalophorus coronatus *DIESING.*

Corpus subclavatum inerme. *Collum* margine supero aculeorum serie duplici transverse lineari armatum. *Tentacula* aculeis aurantiacis serie lineari longitudinali simplici armata, apice 8 — 9 coronata. *Acetabulum* ore majus ad colli basin, globosum, apertura circulari. Longit. $1\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{2}'''$.

Distoma coronatum *Rudolphi*: Synops. App. 686.

Habitaculum. *Didelphis cancrivorus:* in ventriculo et intestinis tenuibus, Decembri; *D. Nyosurus:* in intestinis, Aprili; *D. Quica*, Januario et *D. palmata*, Majo: in intestinis tenuibus, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

2. Rhopalophorus horridus *DIESING.*

Corpus subclavatum echinatum. *Collum* margine antico aculeorum serie simplici, supra totum echinatum. *Tentacula* aculeis retroflexis albis undique tecta, apice 10—12 coronata. *Acetabulum* ore majus ad colli basin, globosum, apertura circulari. *Penis* receptaculum conicum apice spirale. Longit. $3\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{3}{4}'''$.

Habitaculum. *Didelphys Nyosurus*, Majo; *D. Philander*, Septembri: in ventriculo et intestinis tenuibus, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

XXI. AMPHISTOMUM *RUDOLPHI ex parte.*

Distoma *Bojanus.* — Fasciola *Müller.* — Festucaria *Zeder.* — Monostoma et Amphistoma *Rudolphi.*

Corpus depressum v. teretiusculum. *Collum* s. caput corpore continuum. *Os* terminale v. anticum, interdum acetabu-

liforme. *Acetabulum* unum, in extremitate caudali inferum seu basilare v. terminale, sessile. *Aperturae* genitales approximatae superae. *Porus* excretorius dorsalis. — *Animalium* praeprimis vertebratorum endoparasita, utplurimum in ventriculo aut intestino coeco obvia.

1. Amphistomum conicum *RUDOLPHI.*

Corpus acute conicum curvatum. *Os* terminale exiguum, juventute ciliatum. *Acetabulum* basilare limbo circulari. *Penis* vaginatus filiformis reflexus. Longit. 2 — 6"; antice vix $\frac{1}{2}$"; postice 1 — $1\frac{1}{2}$" crassum.

Daubenton: Allgemeine Hist. d. Natur. II. 250. Tab. XVI. 3.
Falk: Untersuch. d. sogen. Vielmeuche. 8. Tab. II. 6. et 7.
Fasciola hepatica *Müller*: in Naturf. XVIII. St. 34. Tab. III. 11. (ad sinist.).
Fasciola Cervi *Schrank*: in Vetensk. Akadem. Nya Handl. 1790. 123.
Fasciola Elaphi *Gmelin*: Syst. nat. 3054.
Festucaria Cervi *Zeder*: in Schrift. d. Berl. Gesellsch. naturf. Freunde X. 65. — 74. Tab. III. 8. — 11.
Monostoma conicum *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 188.
Amphistoma conicum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 349. ej. Synops. 91. et 360. — *Westrumb*: in Isis 1824. 397. — *Gurlt*: Pathol. Anatom. I. 369. Tab. VIII. 25. — 28. — *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 247. Tab. XXIII. 1. — 4. — *Miram*: in Bullet. de la soc. Imp. des Natural. de Moscou 1840. 157. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helm. 332. — *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. Zool. 1847. 310. — 316. (Anatom.)
Amphistomum conicum *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. III. 398. — *Laurer*: De Amphist. conico. 3. et 4. Fig. 1. — 14. (Anatom.). — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 286. et: in *Wiedemann's* Arch. 1847. 30.

Habitaculum. *Bos Taurus dom.* (*Daubenton*, *Rudolphi* et alii); *B. Taurus indicus*, Berolini (*Gurlt*); *B. Urus*, Decembri, Vilnae (*Miram*). — *Capra Aries* (*Treutler*); *C. Hircus var.* (*Creplin*). — *Antilope Dorcas*, Berolini (*Gurlt*). — *Cervus Elaphus* (*Zeder*, *Bremser*), utplurimum hyeme; *C. Capreolus* (*Nitzsch*); *C. Darma*, autumno (*Bremser*); *C. Alces* (*de Siebold*); *C. campestris* et *dichotomus*, Octobri; *C. Nambi*, Septembri; *C. rufus*, Januario et Februario; *C. simplicicornis*, Decembri et Januario, in Brasilia (*Natterer*): in ventriculo utplurimum primo s. rumine. M. C. V.

2. Amphistomum asperum *DIESING.*

Corpus acute conicum curvatum. *Os* terminale exiguum. *Acetabulum* oblique terminale, amplum, granulis asperum, limbo circulari. *Penis* filiformis. Longit. 2 — 5‴; basi 1 — 3‴ crassum.

Amphistoma asperum *Diesing*: im Berichte über die XV. Versamml. deutsch. Naturf. u. Ärzte in Prag 189. et: in Annal. d. Wien. Mus. II. 236. Tab. XX. 14. et 15. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helm. 334.

Habitaculum. *Tapirus Americanus*: in intestino coeco; Martio et Septembri, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

3. Amphistomum Cornu *DIESING.*

Corpus acute conicum curvatum. *Os* terminale exiguum. *Acetabulum* terminale, amplum, limbo circulari tumido. Long. 2 — $2\frac{1}{2}$‴; antice $\frac{1}{3}$‴; basi 1‴ crassum.

Amphistoma Cornu *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. II. 235. Tab. XX. 12. et 13. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 340.

Habitaculum. *Doras* nov. sp.: in intestinis, Majo, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

4. Amphistomum subtriquetrum *RUDOLPHI.*

Corpus obovatum subtriquetrum, subtus planum. *Os* subterminale orbiculare. *Acetabulum* basilare, amplum, apertura subcirculari. Longit. 3 — 7‴; latit. 2 — 3‴.

Distoma amphistomoides *Bojanus*: in Mém. de la soc. Imp. des Natural. de Moscou. V. 270. Tab. IX. 1. — 8.

Amphistoma subtriquetrum *Rudolphi*: Synops. 91. et 360. — *Bojanus*: in Isis 1821. 164. Tab. II. 5. — 12. (Anatom.) — *Westrumb*: in Isis 1821. 397. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. VIII. 32. et 33. — *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 248. Tab. XXIII. 7. — 9. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 331.

Habitaculum. *Castor Fiber*: in intestino coeco et colon (*Bojanus*, *Bremser et Rudolphi*): in intestinis tenuibus (*Walter*); vario anni tempore, praesertim autumno. M. C. V.

5. Amphistomum crumeniferum *CREPLIN.*

Corpus obovatum subtriquetrum. *Os* terminale orbiculare exiguum. *Acetabulum* terminale amplum, apertura circulari limbo elevato. Longit. 4 — $6\frac{1}{4}$‴; medio $2\frac{1}{2}$‴ crassum.

Amphistomum crumeniferum *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. f. Naturg. 1847. 30. — 34. Tab. II. 1. — 5.

Habitaculum. *Bos Taurus indicus*: in rumine, Berolini (*Gurlt*). M. C. V.

Apertura insignis transversa infra os, in cavum sub ventre proprium seu crumenam ducens.

6. Amphistomum giganteum *DIESING.*

Corpus obovatum, subtus depressiusculum, laeve aut transverse plicatum. *Collum* continuum conicum breve. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* basilare amplum, apertura circulari v. ovata. Longit. 9 — 10‴; antice 1‴; postice 3‴ latum.

Amphistoma giganteum *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 248. Tab. XXIII. 5. — 6. Tab. XXII. 1. — 25. (Anatom.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 333.

Habitaculum. *Dicotyles albirostris*, Julio; *D. torquatus*, Augusto: in intestino coeco, in Brasilia (*Natterer*).

7. Amphistomum pyriforme *DIESING.*

Corpus pyriforme. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* basilare v. terminale, amplum, limbo prominulo circulari. *Penis* brevis cylindricus basi vaginatus. Longit. 3 — 5‴; basi 2 — 3‴ crassum.

Amphistoma pyriforme *Diesing*: im Berichte über die XV. Versamml. deutsch. Naturf. u. Ärzte in Prag. 189. et: in Annal. d. Wien. Mus. II. 236. Tab. XX. 17. et 18. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helm. 334.

Habitaculum. *Tapirus americanus*: in intestino coeco, Martio et Septembri in Brasilia (*Natterer*).

8. Amphistomum fabaceum *DIESING.*

Corpus obovatum subtus planum, juventute convexiusculum. *Collum* continuum conicum. *Os* terminale orbiculare obsolete crenulatum. *Acetabulum* basilare amplum, limbo parum prominulo circulari. Longit. 3 — 6‴; antice $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$‴; medio $1\frac{1}{2}$ — 3‴ latum.

Amphistoma fabaceum *Diesing*: im Berichte über d. XV. Versamml. deutsch. Naturf. u. Ärzte in Prag. 189. et: in Annal. d. Wien. Mus. II. 236. Tab. XX. 19. — 24. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 334.

Habitaculum. *Manatus exunguis*: in intestino coeco et crasso, Januario et Aprili, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

9. Amphistomum truncatum *RUDOLPHI.*

Corpus ellipticum depressiusculum aut teretiusculum, postice truncatum. *Collum* angustatum subcylindricum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* terminale amplum, limbo prominulo circulari antice emarginato. *Apertura* genitalis basi limbo cincta, pene retracto acetabulum mentiens. Longit. $1\frac{1}{2}$—2‴; antice $\frac{1}{3}$‴; postice 1‴ latum.

Amphistoma truncatum *Rudolphi*: Synops. 91. et 359. — *Westrumb*: in Isis. 1823. 397. — *Diesing*: in Annal. des Wien. Mus. I. 252. Tab. XXIV. 13.—15. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 331.

Distoma Conus *Creplin*: Obs. d. Entoz. 50. et: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 86. in nota. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helm. 440.

Distoma lanceolatum *Siebold?*: in *Wiegmann's* Arch. 1836. I. 113. in nota.

Habitaculum. *Phoca vitulina*: in ventriculo et intestinis, Junio, Berolini (*Rudolphi*): in jecore, Vratislaviae (*Otto*); *P. Groenlandica*: in duodeno (*Giesecke*). — *Canis Vulpes* (*Creplin*). — *Felis Catus* (*Creplin*, *Rudolphi et Siebold*): in vesica fellea rarius in ductu hepatico. M. C. V.

Celeb. *Gurlt* in ejus Pathol. anatom. Tab. VIII. 34. — 36. iconem dedit cum speciminibus Felis Cati dom. a celeb. *Creplin* benevole communicatis haud congruam.

10. Amphistomum unciforme *RUDOLPHI.*

Corpus ellipticum turgidum postice truncatum. *Collum* longum conicum incurvatum, transverse rugosum. *Os* terminale exiguum orbiculare. *Acetabulum* terminale, limbo circulari prominulo. Longit. ultra 1‴.

Amphistoma unciforme *Rudolphi*: Synops. App. 674. — *Westrumb*: in Isis 1823. 397. — *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 252. Tab. XXIV. 16.—18. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 335.

Habitaculum. *Icterus cristatus*: in intestinis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

11. Amphistomum explanatum *CREPLIN.*

Corpus lanceolato-ovatum turgidum. *Os* terminale orbiculare exiguum. *Acetabulum* basilare subellipticum retrorsum

angustatum, limbo lato maxima sua parte explanato. Longit. 4 — $4\frac{3}{4}$‴; latit. $1\frac{3}{4}$—2‴.

Amphistomum explanatum *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1847. 34.—35.

Habitaculum. *Bos Taurus indicus*: in ductu hepatico et in vesica fellea, Berolini (*Gurlt*).

12. Amphistomum megacotyle *DIESING.*

Corpus subcylindricum. *Collum* continuum conicum incurvatum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* oblique terminale amplissimum, limbo subcirculari postice coarctato cinctum. Longit. 3‴; antice $\frac{1}{2}$‴; postice 1‴ crassum.

Amphistoma megacotyle *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 250. Tab. XXIII. 19. et 20. *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 340.

Habitaculum. *Trachicirrhus Nattereri*: in intestinis, Augusto in Brasilia (*Natterer*).

13. Amphistomum Ferrum equinum *DIESING.*

Corpus cylindricum depressiusculum, utrinque obtusum, transverse rugosum. *Os* terminale suborbiculare. *Acetabulum* basilare amplum circulare, limbo lato postice emarginato. Longit. 6‴; crassities 3‴.

Amphistoma Ferrum equinum *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 250. Tab. XXIII. 16.—18. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 340.

Habitaculum. *Doras Murica*, Februario; *D. costatus*, Augusto et Novembri, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

14. Amphistomum cylindricum *DIESING.*

Corpus cylindricum utrinque obtusum, transverse rugosum. *Os* terminale magnum orbiculare, limbo prominulo. *Acetabulum* basilare circulare amplum, limbo lato integerrimo. Longit. 4‴; crassities 2‴.

Amphistoma cylindricum *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 249. Tab. XXIII. 13. — 15. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 340.

Habitaculum. *Doras Murica*: in intestinis, Augusto, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

15. Amphistomum lunatum *DIESING.*

Corpus subellipticum depressum, supra convexiusculum subtus planum. *Os* anticum orbiculare. *Acetabulum* basilare

amplum, limbo suborbiculari postice coarctato, callo lunaeformi cincto. Longit. 3‴; latit. 1 — 1½‴.

Amphistoma lunatum *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 250. Tab. XXIII. 21. et 22. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 335.

Habitaculum. *Anas melanotus*, Majo; *A. Ipecutiri*, Aprili; *A. moschata fer.* — *Himantopus Wilsonii*, Aprili: in intestinis coecis. — *Cervus dichotomus* (nisi lapsus calami): in coeco, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

16. Amphistomum grande *DIESING.*

Corpus ellipticum v. elliptico-lanceolatum, depressum, supra convexiusculum, subtus planum. *Os* terminale orbiculare exiguum. *Acetabulum* basilare ovale, juventute obtuse triangulare, limbo prominulo. Longit. 2 — 12‴; latit. ½ — 6‴.

Amphistoma grande *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. II. 237. Tab. XX. 25. — 27. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 336.

Habitaculum. *Chelys fimbriata*, Augusto. — *Phrynops Geoffroanus*, Majo; *P. Miliusii*, Decembri; *P. gibbus*, Aprili. — *Peltocephalus Dumerilianus*, Martio. — *Podocnemis erythrocephala*, Aprili; *P. expansa*, Decembri, Februario, Martio et Aprili; *P. Tracaxa*, Martio et Octobri. — *Rhinemys nasuta*, Julio: in ventriculo et intestinis crassis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

17. Amphistomum scleroporum *CREPLIN.*

Corpus longe ellipticum depressiusculum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* basilare ovato-lanceolatum limbo tumido. Longit. 5½‴; latit. 1¼‴.

Amphistomum scleroporum *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1844. I. 112. — 114. Tab. III. Fig. a.

Habitaculum. *Halichelys atra*; in ventriculo et intestinis, Vratislaviae (*Otto*).

18. Amphistomum attenuatum *DIESING.*

Corpus subellipticum depressum v. teretiusculum. *Os* anticum orbiculare exiguum. *Acetabulum* basilare, amplum, ovato-oblongum postice sinuatum. Longit. 1½ — 2‴; antice 1‴; postice ½‴ latum.

Amphistoma attenuatum *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 252. Tab. XXIV. 9. — 12. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 341.

Habitaculum. *Miletes bidens*: in intestinis, Majo in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

19. Amphistomum Hirudo *DIESING.*

Corpus obovatum, planiusculum, transverse plicatum, margine crenatum. *Collum* continuum antrorsum attenuatum. *Os* terminale orbiculare exiguum. *Acetabulum* basilare amplum limbo elevato circulari. Longit. $1\frac{1}{2}'''$; antice $\frac{1}{2}'''$; postice $1'''$ latum.

Amphistoma Hirudo *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 249. Tab. XXIII. 10. — 12. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 335.

Habitaculum. *Palamedea cornuta*: in intestino coeco, Augusto in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

20. Amphistomum oxycephalum *DIESING.*

Corpus oblongum v. obovatum, planiusculum, depressum v. teretiusculum. *Collum* acute conicum breve. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* basilare amplum, apertura circulari interdum postice sinuata, limbo prominulo. *Penis* cylindricus apice attenuatus, ex apertura basi limbo amplo cincta protractus. Longit. $2 - 6'''$; latit. $1 - 3'''$.

Amphistoma oxycephalum *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 251. Tab. XXIV. 1. — 9. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 339.

Habitaculum. *Salminus brevidens*, Octobri. — *Miletes bidens*, Majo et Octobri; *M. aureus*, Aprili, Junio et Octobri. — *Pimelodus megacephalus*, Octobri: in intestinis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

21. Amphistomum emarginatum *DIESING.*

Corpus anguste lanceolatum depressum. *Os* terminale orbiculare. *Acetabulum* basilare amplum, limbo circulari postice emarginato. Longit. $2'''$; latit. postice $1'''$.

Amphistoma emarginatum *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. II. 237. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 331.

Habitaculum. *Cebus trivirgatus*: in intestinis, Junio in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

XXII. GYROCOTYLE *DIESING.*

Corpus subellipticum depressum. *Collum* s. *caput* corpore continuum. *Os* subterminale anticum exiguum. *Acetabulum* unum in extremitate caudali terminale, sessile, orbiculare, disco in gyros plicato. *Penis* ventralis superus lateralis. *Apertura* feminea infra penem centralis. *Porus* excretorius dorsalis supra acetabulum.

1. Gyrocotyle rugosa *DIESING.*

Corpus subellipticum retrorsum attenuatum, transverse rugosum. Longit. ad 2″; medio 8—9″, postice 2″ latum.

Habitaculum. *Antilope pyarga*: in intestinis crassis, ad Portum Natalensem (*Gueinzius*). M. C. V.

Specimen identicum ab amico *Kroyer* in *Mactra eduli* ad Valparaiso lectum vidi, quod mihi haud probabile.

TRIBUS III. POLYCOTYLEA.

Acetabula 4 v. plura corpori immediate aut laminae propriae immersa. Tractus cibarius bifurcatus v. simplex.

SUBTRIBUS I. DICRANOCOELA. Tractus cibarius bifurcatus.

* Somatocotylea. *Acetabula corpori, rarissime capiti immediate immersa.*

XXIII. TETRASTOMUM *CHIAJE.*

Corpus oblongum depressum. *Os* superum. *Acetabula* quatuor in extremitate caudali in quadrangulum dispositi. *Apertura* genitalis ori proxima. — Renicola.

Genus non satis stabilitum.

1. Tetrastomum renale *CHIAJE.*

Corpus ovato-oblongum depressum, supra convexiusculum. Longit. 5″; latit. 2″.

Tetrastoma renale *Chiaje*: Compend. di Elmintograf. umana 2 ediz. 1833. 13. et 116. Tab. II. 13.

Habitaculum. *Homo*: in lotio feminae primus observavit (*Lucarelli*), in tubulis renalibus ejusdem feminae, Neapoli (*Chiaje*).

XXIV. GRYPORHYNCHUS *NORDMANN.*

Corpus subgloboso-pyriforme. *Caput* discretum, corpori subaequale obovatum, supra convexum subtus planum, apice emarginatum, corporis apici colliformi continuum. *Proboscis* in sinu emarginaturae capitis protractilis conica, hamulis pluriseriatim verticillatis armata. *Acetabula* quatuor in plana capitis facie in quadrangulum disposita, orbicularia, immersa. *Porus* excretorius et genitalia... — In piscium muco intestinali obvium.

Celeb. *Nordmann* hoc genus perperam *Cestoideis* adnumerat, aut pro *Teniae* forsan pullo habet.

1. Gryporhynchus pusillus *NORDMANN.*

Longit. $\frac{1}{8}$'''.

Gryporhynchus pusillus *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 101. Tab. VIII. 6. – 10. et: in *Lamarck*: Hist. nat. des anim. s. verteb. 2. édit. III. 573. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 632.

Habitaculum. *Tinca chrysitis*: in intestinorum muco, Augusto et Septembri (*Nordmann*).

XXV. HEXATHYRIDIUM *TREUTLER.*

Polystoma *Zeder.* — Linguatula *Lamarck.* — Hexastoma *Cuvier.* — Hexacotyle *Blainville.*

Corpus oblongum v. lanceolatum. *Caput* corpore continuum. *Os* subterminale anticum. *Acetabula* sex pone corporis limbum basilarem. *Aperturae* genitales ventrales approximatae superpositae, major acetabuliformis. *Porus* excretorius. — Sanguicola aut in adipe obvia.

1. Hexathyridium Pinguicola *TREUTLER.*

Coenurus cerebralis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 243. Tab. XI. 3. A.—E. et plura in ej. Biblioth. Nr. 418. et seq. ej. Synops. 182. — *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XVIII. 190. — *Fischer*: Brev. entozoor. exposit. 58. Fig. 1. — 4. — *Zink*: Abhandl. über d. Drehkrankh. — *Brosche*: Über d. Drehkrankh. — *Ampach*: Über Heilart. u. Vorbeug. d. Drehkrankh. — *Gurlt*: Pathol. Anatom. I. 386. Tab. X. 16. — 17. idem: in *Riem's* vermischt. ökonom. Schrift. I. Heft. Tab. I. III. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 300. — *Bremser*: Icon. Tab. XVIII. 1. et 2. — *Blainville* et *Leblond* in *Bremser's* Vers intest. trad. par *Grundler* 2. édit. 527. Atlas 15. — *Barthelemi*: in *Froriep's* N. Notiz. 175. — *Schellhase* u. *König* in *Gurlt's* u. *Hartwig's* Magaz. für Thierheilk. — *Hausmann*: Über Zeug. u. Entsteh. d. wahr. weibl. Eies. 1840. 120. (de generat.) — *Siebold*: in *Burdach's* Physiol. 2. Aufl. II. 186. — et: in ej. Lehrb. d. vergl Anat. I. 140. (de evolutione). — *Kner*: Die drei wichtigst. Jugendkrankh. d. Schafe, refut: in *Gurlt's* u. *Hartwig's* Magaz. 1841. 391. — *Bendz*: in Isis 1844. 813. — *Goodsir*: in Trans. of the roy. soc. of Edinb. XV. 561. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 637.

Polycephalus coenurus *Tschudi*: Die Blasenw. 45. Tab. I. 4. — 6.

Coenurus serialis *Gervais*: in Dict. univ. d'hist. nat. par Ch. d'Orbigny. VI. 787. et: in Acad. d. Sc. et Lettr. de Montpell. 1847. 98. Tab. II. 5. 5. a. (Cuniculi).

Habitaculum. *Capra Aries*: in vertiginosarum cerebro. — *Capra Musmon* (*Gervais*). — *Antilopae* spec. incerta (*Rudolphi*, *Gurlt*). — *Bos Taurus dom.* (*Gurlt*). — *Cervus Capreolus* (*Barthelemi*); *C. Tarandus* (*Retzius*). — *Camelus Dromedarius* (*Blainville*). — *Equus Caballus* (*Gurlt*). — *Lepus Cuniculus fer.*: in spina dorsali (*Leblond*). M. C. V.

Museum Vindob. ex *Ipalacis capensis* organo non indicato *Coenurum* rostellis retractis, ad hanc speciem fortasse pertinens, in Port Natal lectum servat.

III. CYSTICERCUS *RUDOLPHI.*

Hydra *Linné.* — Taenia *Pallas.* — Hydatigena *Goeze.* — Vesicaria *Schrank.* — Hydatula *Viborg.* — Finna *Werner.* — Hydatis *Lamarck.*

Animalcula solitaria. *Caput* tetragonum retractile, acetabulis quatuor angularibus. *Rostellum* uncinulorum corona duplici. *Os* in rostello terminale. *Collum* filiforme v. nullum. *Corpus* subcylindricum v. depressiusculum, transverse rugosum v. subarticulatum, extremitate caudali in vesicam transparentem liquore limpido repletam, extus aut intus proliferam tumens. Proles externae solitariae, geminae v. ternae, tandem a vesica segregatae liberae; internae numerosae, intra vesicam tandem resorptione evanescentem primitus (?) liberae. — In Mammalium visceribus excepto tractu intestinali plerumque singula folliculo membranaceo inclusa, quandoque serius libera.

1. Cysticercus cellulosa *RUDOLPHI.*

Collum brevissimum antice increscens. *Corpus* cylindricum transverse rugosum, vesica caudali transverse elliptica longius. Longit. 3—6‴; crass. ultra 1‴.

Malpighi: Opera posth. 113. — *Hartmann*: in Ephem. Nat. Cur. Dec. 2. ann. 7. 58. et 59. — *Goeze*: Neueste Entdeck. 8. — *Batsch*: Bandw. 273. — 280.

Vesicaria lobata suilla *Fabricius*: in Danske Vidensk. Selsk. 2. Deel. 287. — 295.

Finna humana *Werner*: Brev. expos. Cent. II. 2. Tab. I. 1. — 8.

Taenia hydatigena suilla *Fischer*: ibid. cont. III. 65. Tab. V. 1. — 9. et ej. Hist. Taen. hydat. in plexu chor. inventae c. icone.

Taenia cellulosa *Gmelin*: Syst. nat. 3059. — *Treutler*: Obs. path. anat. 26. Tab. IV. 4. — 10.

Taenia Finna *Gmelin*: Syst. nat. 3063.

Vesicaria Hygroma humana *Schrank*: *Bay.* Reise. 137. Nr. 6.

Vesicaria Finna suilla *Schrank*: *Bay.* Reise. 137. N. 7. — Fauna Boica III. 227.

Taenia albopunctata hominis *Treutler*: Obs. path. anat. I. Tab. 1. et 2. *Schrank*: Fauna Boica III. 223. (Hydatula).

Hydatis Finna *Blumenbach*: Abbild. naturh. Gegenst. 4. Heft. 39.

Vermis vesicularis *Brera*: Vorles. 14. Tab. II. 8. et 9. Tab. III.

Taenia hydatigena anomala *Steinbuch*: Commentatio etc. 17. Fig. 9. 10. *Rudolphi*: Hodoepor. I. 32. II. 40. 62. c. d. 64. e.

Cysticercus Finna *Zeder*: Naturg. 407. — C. pyriformis ibid. 414. — C. albopunctatus ibid. 421. — *Laennec*: Mém. sur les vers vesicul. 46. Tab. II. 8. — 15.

Hydatigena cellulosa *Lamarck*: Anim. s. vert. III. 154. — *Nordmann*: ibid. in 2. édit. III. 566.

Cysticercus cellulosa *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 236. ej. Synops. 180. et 546. — *Himly*: in *Hufeland's* Journ. XXIX. 12. St. 115. — 148. Tab. I. III. — *Niemann*: Handb. d. Staatsarzneiw. 366. contra *Doebellum*: in Pract. venat. edit. III. 240. — *Flormann*: in Vetensk. Acad. Nya Handl. XXXI. 179. idem: in Köngel. Vet. Ac. Handl. for 132. — *Bremser*: Lebende Würm. 237. Tab. IV. 18. — 26. — *Olfers*: De veget. et animat. 29. — *Delle Chiaje*: Elmintograf. umana ed. sec. 26. Tab. V. 1. — *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. LVII. 602. — *Owen*: in *Todd* Cycloped. of anat. and physiol. X. 118. Fig. 59. — 61. — *Makenzie*: in *Sachs* Berl. med. centr. Zeit. II. Jahrg. 464. — *Sömmering*: in Isis 1830. 717. — *Schott*: Die Controv. u. d. Nerv. d. Nabelst. u. s. Gefässe in Anh. — *Logan*: Thierchen im Auge. Edinburg. 1833. — *Larreys*: Denkw. I. 67. — *Meckel*: Handb. d. menschl. Anat. IV. 135. — *Gurlt*: Pathol. Anatom. I. 385. Tab. X. 13. — 15. — „Finnen": in Encycl. Wörterb. d. med. Wissensch. XII. 202. — *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 8. et 13. — *Gescheidt*: in *Ammon's* Zeitschr. f. Ophthalmol. III. 416. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 300. — *Tschudi*: Die Blasenw. 52. Tab. II. 6. — 8. — *Siebold*: in Medic. Zeit. 1838. 81. idem: in *Froriep's* Neu. Notiz. VI. 320. — *Estlin*: ibid. VIII. 256. — *Knox*: in l'Inst. 1838. 375. excerpt. in *Wiegmann's* Arch. 1839. II. 167. — *Gurlt*: in *Hartwig's* Magaz. f. d. gesammte Thierheilk. 1838. 196. N. 256. — *Höring*: in Medic. Corresp. Blatt. IX. Nr. 25. — *Nivet*: in *Schmidt's* Jahrb XXVI. 171. — *Hausmann*: Über Zeug. u. Entsteh. d. wahr. weibl. Eies. 127. (de generat.) — *Cunier*: in Annal. d'Oculis'. 1842. Mars et: in Oesterreich. med. Wochenschr. 1843. N. 11. 300. — *Fournier*: in Bericht. über d. Vers. d. Naturf. in Braunschweig. 189. — *Pappenheim*: in Neue Zeitschr. f. Geburtsk. 1841. II. Heft. 302. (de metamorph. calc.) — *Sichel*: in Journ. de Chir. par Malgaigne 1843. 401. v. in *Oppenheim's* Zeitschr. f. ges. Med. XXVIII. 570. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 633. — *Gervais*: in Académ. d. Sc. et Lett. d. Montpell. 1847. 95. Tab. II. 1. — 4. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1848. 291.

Cysticercus Canis *Rudolphi*: Hodoepor. II. 40. ej. Entoz. hist. III. 234. et Synops. 181.

Habitaculum. *Homo*: cerebrum, musculi, rarius cor (*Rudolphi* et plur. a. ante et p. illum); in camera externa oculi (*Sömmering*, *Schott*, *Larrey*, et *Makenzie*); sub conjunctiva (*Cunier* et *Sichel*). — *Simia Inuus* et *rubra* (*Treutler*); *S. Cephus* (*Bremser* et *Gurlt*). — *Canis familiaris*: peritoneum (*Chabert* et *Hartwig*); *C. fam. fricator*: ad arachnoideam et in variis musculis (*Gurlt*). — *Ursus Arctos*: inter musculos (*Retzius*). — *Mus Rat-*

tus: ad peritoneum (*Hartwig*). — *Sus scrofa domest.* rarius *fera*: in cerebro et inter musculos (*Goeze*, *Rudolphi* et pl. alii), in Brasilia (*Natterer*); in oculo (*Hoeven* et *Nordmann*). — *Cervus Capreolus*: in musculis femuris (*Duby*). M.C.V.

2. Cysticercus tenuicollis *RUDOLPHI.*

Collum breve filiforme. *Corpus* teretiusculum rugosum. *Vesica* caudalis subglobosa amplissima. Longit. corp. $\frac{1}{2}$ — 1"; vesica a nucis avellanae ad longitudinem 1' varians. *) — Vesica caudalis extus prolifera (*Rudolphi*).

Hydra Hydatula *Linné*: Syst. nat. XII. 1320.

Taenia hydatigena *Pallas*: Elench. Zoophyt. 413. ej. Spicileg. Zoolog. fasc. XII. 42. Tab. V. ej. Nord. Beitr. I. 82. et: in Stralsund. Mag. I. 64. Tab. I. 1. — 5. Tab. II. 6. 7. 10. 11. — *Bloch*: in Schrift. der Berlin. naturf. Freunde. I. 337. Tab. X. 1. — 5.

Vermis vesicularis eremita *Bloch*: Abhandl. 24.

Hydatigena orbicularis *Goeze*: Naturg. 194. — 210. Tab. XVII. A. 1.—5. B. I. II. et 6. — 11.

Hydatigena globosa *Batsch*: Bandw. 89. Fig. 38. — 41.

Hydatygena oblonga *Batsch*: Bandw. 98.

Vesicaria orbicularis *Schrank*: Verz. 29.

Taenia Simiae	3059.	*Gmelin*: System. nat.
» ferrarum	3061.	
» caprina	3061.	
» ovilla	3061.	
» vervecina	3062.	
» bovina	3063.	
» Apri	3063.	
» globosa	3063.	

Taenia globosa *Rudolphi*: Obs. I. 32.

Hydatula solitaria *Viborg*: Ind. Mus. vet. Hafn. 241.

Cysticercus clavatus	409.	*Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew.
» globosus	411.	
» Simiae	419.	
» caprinus	420.	

Cysticercus visceralis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 234.

Cysticercus tenuicollis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 220. et I. Biblioth. Nr. 387. 389. et 410. ej. Synops. 180. et 545. Tab. III. 18. — *Deslongchamps*: in Encycl. méth. vers 240. — *Blainville*: in Dict. des

---

*) Individuum vesica caudali gigantea fere pedali, diametro ad quatuor pollicum gaudens, capite et collo magnitudinis normalis e *Sue scropha*, ipse vidi.

sc. nat. LVII. 601. — *Bremser*: Icon. Tab. XVII. 10. et 11. — *Gurlt*: Patholog. Anatom. I. 384. Tab. X. 11. et 12. — *Houston*: in l'Inst. IV. Nr. 142. 29. — *Tschudi*: Die Blasenw. 59. Tab. II. 9. 10. — *Gulliver*: in Medico-chirur. Transact. VI. 1. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 634. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 326. ad 7. — *Leuckart*: ibid. 7. 19. Tab. II. 1. — 18. a. — e. — *Gervais*: in Acad. d. Sc. et Lett. de Montpell. 1847. 98.

Cysticercus lineatus *Laennec*: Mém. sur les vers vesic. 1804. Tab. I. et II.

Hydatis globosa *Lamarck*: Anim. s. verteb. III. 153. et *Nordmann*: in nouv. édit. III. 564.

Cysticercus Cercopitheci Cynomologi? *Leuckart*: Zool. Bruchst. III. 3.

Habitaculum. In mammalium praeprimis herbivororum pleura, peritoneo, hepate et mesenterio. — *Simiae* spec. incerta (*Bloch*); *S. Maimon* (*Rudolphi* et *Rud. Leuckart*); *S. Sabaea* (*Bremser*); *S. Faunus* (*Dies.*); *S. Cynomolgus* (*Leuckart*); *S. Inuus* (*Creplin*). — *Sciurus vulgaris* (*Klug*); *S. cinereus* (Mus. Vind.). — *Cervus Elaphus* (Mus. Vind.); *C. Capreolus* (*Zeder*); *C. Tarandus* (*Stennon*); *C. Axis* (*Viborg*); *C. simplicicornis* in Brasilia (*Natterer*). — *Antilope Dorcas* (*Tyson*, Octobri *Dies.*); *A. Saiga* (*Pallas*); *A. Rupicapra* (*Bremser*); *A. Leucoryx*, Junio (*Dies.*). — *Capra Musmon* (*Gervais*); *C. Aries*, *Ammon* et *Hircus*. — *Bos Taurus domest.* — *Sus scrofa domest.* et *fera* (a plurib. rep.): utplurimum capsula v. vesica inclusus. M. C. V.

Cysticercum in Simiis, tuberculosi apud nos frequentissime perituris, haud raro occurrere constat, minus vero, quod notatu dignissimum, eas in patria, Natterero teste, nunquam ab illo infestari.

3. Cysticercus pisiformis *ZEDER*.

Collum tenue. *Corpus* antice attenuatum, longitudine vesicae caudalis subglobosae. Longit. 4—6‴; crassit. 2—3‴. — Vesica caudalis intus prolifera (*Tschudi*).

Vermi o Idatidi delle visc d. Lepri *Bedi*: Anim. viv. 132. vers 296. Tab. II. 3.

Taenia hydatigena *Pallas*: Nord. Beitr. I. 1. 82.

Vermis vesicularis pisiformis *Bloch*: Abhandl. 85.

Hydatigena pisiformis *Goeze*: Naturg. 210. Tab. XVIII. A. 1. — 3. 18. B. 4. — 7. utriculenta ibid. 219. Tab. XVIII. B. 8. 9. et H. hepatis murini 236. Tab. XVIII. B. 15. — 17.

Hydatigena cordata *Batsch*: Bandw. 94. Fig. 42. et 43.; H. pisiformis ibid. 96. Fig. 44. et 45.; H utricularis ibid. 99. — *Schrank*: Verz. 30. Nr. 94. et 95. — *Gmelin*: Syst. nat. 3061. Nr. 15. — 17.

Hydatis pisiformis *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 75. — *Lamarck*: Anim. s. vert. III. 152. 2. édit. III. 564.

Taenia cordata *Rudolphi*: Obs. I. 33.

Cysticercus pisiformis *Zeder*: Naturg. 410. - *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 224. ej. Synops. 181. 182. et 548. — *Fodera*: in Arch. gén. de médec. IV. 9. et in *Férussac*: Bullet. d. sc. nat. III. 115. (anatom.) — *Tschudi*: Die Blasenw. 57. Tab. II. 11. et 12. — *Leuckart*: Zool. Bruchst. III. 4. (var. rostello inermi). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helm. 634.

Habitaculum. *Lepus timidus*: in visceribus variis, nec non in vesica urinaria (*Redi*, *Goeze* et pl. a.); *L. variabilis*: in mesenterio (*Bremser*); *L. Cuniculus* et *Mus Musculus*: in visceribus variis (*Goeze* et pl. a.). M. C. V.

4. Cysticercus elongatus *LEUCKART.*

Collum nullum. *Corpus* elongatum depressum rugosum, vesica caudali gracili elongata retrorsum acuminata, longitudine fere corporis. Longit. 5—9‴; crass. 1—2‴.

Cysticercus elongatus *Leuckart*: Bruchst. III. 1. Tab. I. 1. a. b. c.

Habitaculum. *Lepus Cuniculus*: in peritoneo intra capsulam (*Leuckart*).

5. Cysticercus cordatus *TSCHUDI.*

Collum tenue. *Corpus* teres antrorsum attenuatum, vesica caudali cordiformi, longitudine corporis. Longit. 5—7‴.

Hydatigena orbicularis *Goeze*: Naturg. 206.

Taenia Putorii *Gmelin*: Syst. nat. 3060.

Cysticercus Putorii *Zeder*: Naturg. 420. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 235. ej. Synops. 181.

Cysticercus cordatus *Tschudi*: Die Blasenw. 59. Tab. II. 13. — 16.

Habitaculum. *Mustela Putorius*: in hepate (*Goeze*), in omento (*Leuckart*).

An species distincta?

6. Cysticercus longicollis *RUDOLPHI.*

Collum depressum. *Corpus* transverse rugosum, vesica caudali subglobosa v. ovali, corpore breviore. Longit. $1\frac{1}{2}$—2‴ et ultra; crassit. $\frac{3}{4}$—1‴. — Vesica caudalis extus prolifera (*Bremser* et *Rudolphi*).

Cysticercus longicollis *Rudolphi*: Synops. 180. et 547. — *Bremser*: Lebende Würmer. 62. ej. Icon. XVII. 12.—17. — *Tschudi*: Die Blasenw. 64. Tab. II. 2.—5. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helm. 634.

Habitaculum. *Lemmus arvalis*: in cavo thoracis (*Bremser*); *L. terrestris*: in sacculo axillari (*Mehlis*). M. C. V.

7. Cysticercus fistularis *RUDOLPHI.*

Collum nullum. *Corpus* brevissimum teretiusculum, vesica caudali subcylindrica longissima. Longit. 5″ et ultra; postice 3 — 4‴ crassa.

Cysticercus fistularis *Rudolphi*: Hodoepor. II. 39. ej. Entoz. hist. III. 218. Tab. XI. 3. et Synops. 179. et 544. — *Gurlt*: Patholog. Anat. I. 384. Tab. X. 10. — *Tschudi*: Die Blasenw. 51. Tab. II. 1. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 634.

Hydatigena fistularis *Lamarck*: Anim. s. vert. III. 154. et 2. édit. III. 566.

Habitaculum. *Equus Caballus*: in peritoneo (*Chabert*), Berolini (*Reckleben*).

8. Cysticercus macrocystis *DIESING.*

Collum nullum. *Corpus* breve, vesica caudali longissima, apice utplurimum elliptica. Longit. 4‴ — 3″; antice 1 — 2‴; postice 2 — 3‴ crass.

Habitaculum. *Lepus brasiliensis*: in hepate, regione renali, in cavo abdominis et intra musculos dorsales, in folliculo membranaceo inclusus v. liber, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

9. Cysticercus fasciolaris *RUDOLPHI.*

Collum nullum. *Corpus* elongatum depressum subarticulatum, vesica caudali subglobosa exigua. Longit. 1 — 7″; antice $\frac{1}{2}$ — 1‴; postice 2‴ et ultra lat. — Vesica caudalis intus prolifera (*Goeze*).

Vermis vesicularis muris *Hartmann*: in Eph. Nat. Cur. Dec. 3. Ann. 2. 304. — *Pallas*: in Stralsund Mag. I. 1. 75. Tab. II. 8. 9. 12. 13.

Taenia hydatigena *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 82. — *Bloch*: in Schrift. d. Berlin. Gesellsch. naturf. Freunde. I. Tab. X. 9. — *Werner*: Brev. exp. cont. I. 13. Tab. IX. 22. et 23.

Vermis vesicularis taeniaeformis *Bloch*: Abhandl. 23.

Taenia vesicularis fasciolata *Goeze*: Naturg. 220. Tab. XVIII. B. 10. — 14. Tab. XIX. 1. — 14.

Hydatigena taeniaeformis α et β *Batsch*: Bandw. 100. Fig. 12. — 16. 18. — 20. 29. 30. 46. — 49.

Taenia vespertilionis, hydatigena et murina *Gmelin*: System. nat. 3060.

Vesicaria taeniaeformis *Schrank*: Verz. 30. et ej. Fauna Boica III. 228.
Vesicaria muris *Schrank*: Bayer. Reise. 135.
Hydatula macrocephala hepatis musculi *Viborg*: Ind. Mus. vet. Hafn. 241.
Cysticercus taeniaeformis } *Zeder*: Naturg. 405. et 19. Tab. IV. 6.
„ Vespertilionis }
Cysticercus fasciolaris *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 215. Tab. XI. 1. ej. Synops. 179. et 544. — *Bremser*: Icon. Tab. XVII. 3. — 9. — *Tschudi*: Die Blasenw. 65. Tab. II. 17. — 21. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 633. Tab. XII. A.
Hydatigena fasciolaris *Lamarck*: Anim s. vert. III. 152. 2. édit. III. 565.

Habitaculum. *Mus Rattus* (*Pallas*), in Brasilia (*de Olfers*); *M. Musculus* et *decumanus* (*Rudolphi* et pl. a.); *M. tectorum* (M. V.). — *Lemmus arvalis* (*Pallas*); *L. amphibius* (*Goeze*); *L. terrestris* (*Mehlis*). — *Vespertilionis* sp. dub. (*Bloch*); *V. auritus* (*Bremser*): in hepate. M. C. V.

Species inquirendae.

10. Cysticercus vesicae hominis *CREPLIN.*

Creplin: in *Müller's* Arch. 1840. 149.

Habitaculum. *Homo*: in lotio misso vidit *Weitenkampf*.

An Cysticercus cellulosus?

11. Cysticercus visceralis hominis *RUDOLPHI.*

Rudolphi: Entoz. hist. III. 233. ej. Synops. 181.

Habitaculum. *Homo*: in visceribus.

Echinococco aut Acephalocystidi adnumerandum credo.

12. Cysticercus sphaerocephalus *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum. *Collum* nullum. *Corpus* brevissimum, vesica caudali oblonga maxima. Longit. 2 — 4″; ves. caud. diam. 6 — 10″.

Cysticercus sphaerocephalus *Rudolphi*: Synops. 181. et 548. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 636.

Habitaculum. *Lemur Mongoz*: in peritoneo (*Bremser*). M. C. V.

Capite in omnibus speciminibus retracto circa formam globosam, qua a reliquis speciebus differt, dubius mansi.

13. Cysticercus pileatus *BOJANUS.*

Caput globosum pileo galeatum. *Collum* cum corpore brevissimo confluens, utrinque constrictum, transverse rugosum vesica caudali pyriformi pileo quadruplo majore. Longit. ad 8‴ (secund. icon.).

Cysticercus pileatus *Bojanus*: in Isis 1821. 163. Tab. II. 1.—4. — *Tschudi*: Die Blasenw. 68. Tab. I. 7. — 10. (ic. Boj.)

Habitaculum. *Simia Inuus*: sub cute, musculi bicipitis parti carnosae adhaerens, Vilnae (*Bojanus*).

14. Cysticercus Talpae *RUDOLPHI.*

Caput tetragonum, acetabulis angularibus. *Rostellum* inerme. *Corpus* teres tenue, vesica caudali subglobosa corpore triplo longiore. Longit. 1—3‴; latit. $\frac{3}{4}$‴. — Vesica caudalis extus prolifera (*Benz*).

Cysticercus Talpae *Rudolphi*: Synops. 181. — *Benz*: in Isis. 1844. 813.

Habitaculum. *Talpa Europaea*: in hepate (*Bremser*); sub cute in individuo hydropico Hannoverae (*Hausmann*).

Uncinulorum corona deficiente dubiis speciebus adnumeravi.

15. Cysticercus Delphini *RUDOLPHI.*

Caput inerme, acetabulis orbicularibus protractilibus, fossa orbiculari exigua intermedia. *Corpus* brevissimum crassum cylindricum, vesica caudali subovata. Longit. ad $1\frac{1}{2}$‴; crassit. ad 2‴.

Hydatis Delphini *Bosc*: Hist. d. vers I. 324. Tab. IX. 10. — 12.
Cysticercus Delphini *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 236. ej. Synops. 182. et 551.

Habitaculum. *Delphinus Delphis*: in adipe praesertim circa genitalia (*Bosc*).

16. Cysticercus Balaenae Mysticeti *DEBELL BENNETT.*

Debell Bennett: in Proceed. of the Zool. Soc. of London 1837. Aprili 39.

Habitaculum. *Balena Mysticetus*: in lardo (*Debell Bennett*).

17. Cysticercus ? Cobitidis *BELLINGHAM.*

Collum breve. *Rostellum* cylindricum inerme.

Cysticercus Cobitidis barbatulae *Bellingham*: in Annal. of nat. hist. XIV. 396.

Habitaculum. *Cobitis barbatula*: ad hepar et intestina in vesiculis breve pedicellatis magnitudinis grani sinapis inclusus (*Bellingham*).

IV. PIESTOCYSTIS *DIESING*.

Cysticercus et Dithyridium *) *Rudolphi*.

Animalcula solitaria. *Caput* subtetragonum inerme, retractile, acetabulis quatuor angularibus aut lateralibus oppositis. *Rostellum* nullum. *Os* terminale. *Corpus* brevissimum, vesica caudali oblonga depressa, utplurimum transverse rugosa, transparente. — *Multiplicatio* per vesicae caudalis prolificationem externam, prole solitaria demum a vesica segregata. — In Mammalium, Avium et Amphibiorum cavo pectoris et abdominis folliculo membranaceo solitarie inclusa demum quandoque libera.

1. Piestocystis crispa *DIESING*.

Acetabula angularia. *Corpus* antrorsum attenuatum transverse rugosum, vesica caudali elongata corpore 2 — 3 latiore transverse irregulariter crispato-limbata. Longit. 3‴ — 1″; lat. ves. 2 — 3½‴. — Vesica caudalis extus prolifera (*Rudolphi*).

Cysticercus crispus *Rudolphi*: Synops. 181. et 549. — *Bremser*: Icon. Tab. XVII. 18. — 21. — *Tschudi*: Die Blasenw. 69. Tab. I. 11.—13. (Ic. *Brems.*) — *Miram*: in Bullet. de la soc. Imp. des Natur. de Moscou. 1840. 161.

Habitaculum. *Lemur Mongoz*: ad pleuram (*Bremser*). — *Simia Sabaea*: in cavo pectoris et abdominis, Julio, Vilnae (*Miram*). M. C. V.

2. Piestocystis rugosa *DIESING*.

Acetabula lateralia. *Corpus* brevissimum, vesica caudali elongata subaequali transverse rugosa, marginibus crenata. Longit. 2‴; latit. ½‴.

Habitaculum. *Lemmus arvalis*: in cavo thoracis et abdominis libere, Septembri (*Dies.*). M. C. V.

---

*) Nomen incongruum mutandum erat.

3. Piestocystis variabilis *DIESING.*

Acetabula lateralia. *Corpus* subnullum, vesica caudali lanceolata postice rotundata v. utrinque attenuata, transverse rugosa, apice interdum bifida. Long. 2—4‴; lat. 1—1½‴.

Dubium Perdicis saxatilis *Rudolphi*: Synops. 168. et 558.

Habitaculum. *Perdix saxatilis*: in cavo abdominis (*Bremser*), Junio (*Dies.*). — *Corvus frugilegus*: ad pulmones folliculo inclusa, Vindobonae (*Hasse*). M. C. V.

4. Piestocystis Dithyridium *DIESING.*

Acetabula lateralia. *Corpus* breve, vesica caudali elliptica transverse rugosa. Longit. 1 — 2‴; latit. ½ — ¾‴.

Dubium Lacertae viridis (Dithyridium) *Rudolphi*: Synops. 188. et 558.
Dubium Lacertae muralis (Dithyridium) *Rudolphi*: Synops. 188. et 558. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 632.
Dithyridium Lacertae *Valenciennes*: in Compt. rend. des sc. de l'Acad. XIX. sér. du sept. 1844. et: in Annal. d. sc. nat. trois. sér. Zool. II. 1844. 248. — 251. Tab. V. 20. — 27. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 147.

Habitaculum. *Podarcis muralis*, *Zacholus austriacus* et *Lacerta viridis* (*Bremser*), Parisiis (*Valenciennes*); *L. agilis* (*Gurlt*): in visceribus variis, hepate, folliculis inclusa. M. C. V.

Species inquirendae.

5. Piestocystis Leporis *DIESING.*

Caput retractum. *Vesica* caudalis transverse rugosa. Longit. 1 — 3‴; latit. ⅓ — ½‴.

Cysticercus Leporis variabilis *Rudolphi*: Synops. 182. et 550.
Cysticercus Leporis timidi *Miram*: in Bullet. de la soc. Imp. d. Nat. d. Moscou 1840. 24.

Habitaculum. *Lepus variabilis*: in mesenterio (*Bremser*); *L. timidus*, Novembri, Vilnae (*Miram*). M. C. V.

6. Piestocystis Taxi *DIESING.*

Caput retractum. *Vesica* caudalis elongata subaequalis. Longit. 3 — 8‴; latit. 1‴.

Habitaculum. *Meles Taxus*: in cavo thoracis, Januario (*Dies.*). M. C. V.

7. Piestocystis Martis *DIESING.*

Caput retractum. *Vesica* caudalis lanceolata retrorsum attenuata. Longit. 4—6‴; latit. 1½‴.

Habitaculum. *Mustela Martes*: in cavo thoracis et abdominis, Novembri (*Dies.*). M. C. V.

TRIBUS II. TAENIOIDEA *DIESING.*

Cestoidea *Rudolphi* ex parte.

Animalia solitaria androgyna, ovipara. *Corpus* elongatum depressum taeniaeforme, rarissime teretiusculum, haud continuum, transverse annulato-plicatum v. articulatum. *Caput* collo v. corpore continuum v. discretum, acetabulis 4 aut 8 orbicularibus v. suborbicularibus oppositis, rostello retractili inermi v. armato, aut nullo, ore terminali. *Oesophagus* brevissimus. *Tractus cibarius* bifurcatus in utroque corporis margine decurrens, cum systemate vasorum subcutaneo junctus, ano destitutus. *Ganglion* cerebrale haud visum. *Aperturae* genitalium discretae, utplurimum marginales. *Penes* (lemnisci Auct.) inermes v. armati, retractiles. *Organa* genitalia mascula et feminea in articulis singulis vario gradu evolutionis detenta, in ultimis summe evoluta, ovulis tandem foecundatis cum illis utplurimum sponte deciduis. — In Mammalium et Avium, rarius Amphibiorum et Piscium tractu intestinali, rarissime in vesica fellea endoparasita.

V. TAENIA *LINNÉ.*

Versicaria *Pallas.* — Alyselminthus et Halysis *Zeder.* — Fimbriaria *Frölich.* — Rhytelminthus *Olfers.*

Corpus plano-depressum teniaeforme, rarissime teretiusculum, transverse plicatum v. articulatum. *Caput* corpore continuum v. collo discretum, subglobosum v. tetragonum, acetabulis quatuor oppositis. *Os* terminale, limbo interdum prominulo calloso, inerme v. armatum, aut in rostellum inerme v. echinis deciduis armatum protractile. *Aperturae* genitalium marginales, rarissime laterales *). — In animalium vertebratorum

*) Aperturae genitalium in sola *Taenia periata* exquisite laterales visae, in reliquis speciebus distincte marginales v. situ adhuc dubiae.

praeprimis Mammalium et Avium tractu intestinali, rarissime in vesica fellea ectoparasita.

Conspectus dispositionis specierum.

SECTIO I. ARHYNCHOTAENIA. Rostellum nullum.

a. Os inerme: Sp. 1. — 46.
b. Os armatum: Sp. 47. — 58.

SECTIO II. RHYNCHOTAENIA. Rostellum terminale protractile.

a. Rostellum inerme: Sp. 59. — 95.
b. Rostellum echinatum: Sp. 96. — 138.

SECTIO I. ARHYNCHOTAENIA. Rostellum nullum.

a. Os inerme.

1. Taenia expansa *RUDOLPHI.*

Caput quadratum, acetabulis angularibus anticis v. subterminalibus hemisphaericis magnis. *Collum* brevissimum. *Articuli* supremi brevissimi, reliqui longiores demum subquadrati. *Aperturae* genitalium marginales oppositae. Longit. 1 — 100'; latit. ad 1".

Taenia vasis nutriciis distinctis *Bloch*: Abhandl. 16. Tab. V. 1. — 5.
Taenia ovina *Goeze*: Naturg. 369. Tab. XXVIII. 1. — 12. — *Batsch*: Bandw. 182. Fig. 109. et 162. — *Schrank*: Verz. 38. — *Gmelin*: Syst. nat. 3074.
Taenia ovina β. bovis *Gmelin*: Syst. nat. 3074. — *Carlisle*: in Transact. soc. Linn. II. Tab. XXV. 15. et 16.
Halysis ovina *Zeder*: Naturg. 332.
Taenia expansa *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 77. ej. Synops. 144. et 487. *Gurlt*: Pathol. Anat. I. 381. Tab. X. 1. et 2. et: in *Hartwig's* Mag. d. Thierheilk. IV. Jahrg. 2. Heft. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1842. 315. — 326. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 577.
Taenia denticulata *Mayer* nec *Rudolphi*: in *Froriep's* Neue Notiz. I. 109. et: in Analect. f. vergl. Anatom. 2. Samml. 70. Fig. 4. et 5. (de organ. genit.) — *Siebold* exc. in *Wiegmann's* Arch. 1840. 192.

Habitaculum. *Capra Aries* var. *domestica* et *hispanica*: praesertim in agnorum intestinis (*Bloch*, *Goeze* et pl. a.). — *Bos Taurus*, Octobri, Gryphiae (*Krüger*). — *Antilope Rupicapra* et *Dorcas* (*Bremser*). — *Cervus Capreolus* (*Nitzsch*). — *Cervus campestris*, Augusto; *C. rufus*, Decembri; *C. Nambi*, Septembri, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

2. Taenia denticulata *RUDOLPHI.*

Caput tetragonum, acetabulis angularibus anticis orbicularibus. *Collum* nullum. *Articuli* supremi brevissimi, medii cuneati longiores angulis prominentibus acutiusculis, subsequentes denuo breviores angulis haud prominentes crassi. *Aperturae* genitalium marginales oppositae. *Penes* subulati breves. Long. 8"; latit. 3—4'''.

Tenia rubané *Chabert*: Trait. des malad. vermin. 120 pro parte.
Camper: in Beschäft. d. Berlin. naturf. Freunde. IV. 39.
Taenia denticulata *Rudolphi*: Hodoep. I. 81. II. 39. ej. Entoz. hist. III. 79. partim et: Synops. 145. — *Gurlt*: Pathol. Anat. I. 381. Tab. X. 3. et 4. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1842. 315. — 326. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 578.

Habitaculum. *Bos Taurus*: intestina (*Chabert* et *Camper*?), vere (*Bremser*). M. C. V.

3. Taenia pectinata *GOEZE.*

Caput subquadratum, acetabulis subterminalibus angularibus ellipticis. *Collum* brevissimum. *Corpus* antrorsum lanceolatum, articulis brevissimis et latissimis. *Aperturae* genitalium marginales oppositae papillaeformes. Longit. 1"—1½'; latit. antice 1½'; postice 4—7'''.

Taenia leporina *Limbourg*: in Philos. Trans. 1766. 126.—132. Tab. VII. 1.
Taenia Cuniculi sylvestris *Doubenton*: Hist. d. Nat. III. 2. 180. — *Marigues*: in *Rozier's* Obs. de Phys. XII. 229. c. icon. (mala).
Taenia acutissima (Leporis) *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 75. Tab. III. 25.
Taenia Marmotae *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 77. Tab. II. 17.—20.
Taenia pectinata *Goeze*: Naturg. 363.—368. Tab. XXVII. 7.—13. — *Batsch*: Bandw. 186. Fig. 89. et 168. — *Schrank*: Verz. 38. — *Gmelin*: Syst. nat. 3073. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 52. ej. Synops. 145. et 488. — *Bremser*: Icon. Tab. XIV. 5. et 6. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 192.
Alyselminthus pectinatus *Zeder*: Nachtr. 246.—249.
Halysis pectinata *Zeder*: Naturg. 332.

Habitaculum. *Lepus Cuniculus* (*Doubenton*, *Marigues* et alii); *L. timidus*, praesertim autumno (*Zeder* et alii). — *Arctomys Marmota*, Julio (*Frölich* et *Blumenbach*): in intestinis, rarius in ventriculo. M. C. V.

4. Taenia plicata *RUDOLPHI.*

Caput tetragonum, acetabulis terminalibus angulis immersis orbicularibus magnis. *Collum* brevissimum. *Articuli* brevissimi angulis acutis. *Aperturae* genitalium... Longit. 6″ — 3′; latit. 3 — 8‴; maximi fere 1‴ crassi.

Taenia equina *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 73. Tab. III. 20. — *Müller*: in Naturf. XIV. St. 158. et 179. — *Chabert*: Trait. des malad. verm. Tab. II. e.

Taenia magna *Abildgaard*: in Zool. Dan. III. 50. Tab. CX. 1. a. — d. — *Gmelin*: Syst. nat. 3069.

Alyselminthus plicatus *Zeder*: Nachtr. 250. — 253.

Halysis plicata *Zeder*: Naturg. 331.

Taenia plicata *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 87. ej. Synops. 145. et 490. — *Bremser*: Icon. Tab. XV. I. — *Gurlt*: Pathol. Anat. I. 379. Tab. IX. 1. et 2. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 581.

Habitaculum. *Equus Caballus*: ventriculus et intestina tenuia, vario anni tempore (*Pallas*, *Chabert*, *Rudolphi* et pl. alii). M. C. V.

5. Taenia mamillana *MEHLIS.*

Caput obtuse tetragonum, acetabulis subterminalibus angularibus hemisphaericis anguste oblonge hiantibus. *Collum* nullum. *Corpus* retrorsum decrescens, articulis cuneiformibus. *Penes* marginales limbo papilloso cincti. Long. 5—6‴; lat. 2‴.

Taenia mamillana *Mehlis*: in *Gurlt's* Pathol. Anat. I. 380. Tab. IX. 7. 11.

Habitaculum. *Equus Caballus*: intestina inferiora (*Mehlis* et *Gurlt*). M. C. V.

6. Taenia perfoliata *GOEZE.*

Caput tetragonum basi utroque latere bilobum, acetabulis terminalibus angulis immersis. *Collum* nullum. *Corpus* retrorsum decrescens, articulis brevissimis imbricato-perfoliatis. *Aperturae* genitalium... Longit. 1 — 3″; latit. 1½ — 4‴.

Taenia equina *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 71. Tab. III. 21. — 24. — *Batsch*: Bandw. 201. Fig. 137. et 138. (ic. *Goeze*). — *Gmelin*: Syst. nat. 3074.

Taenia quadrilobata *Abildgaard*: in Zool. Dan. III. 51. Tab. CX. 2.—3.

Taenia perfoliata *Goeze*: Naturg. 353. Tab. XXV. 11.—13. — *Schrank*: Verz. 37. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 89. ej. Synops. 145. — *Bremser*: Icon. Tab. XV. 2. — 4. — *Gurlt*: Pathol. Anat. I. 379.

Tab. IX. 36. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 580. Tab. XI. g. 1. — 8.

Alyselminthus lobatus *Zeder*: Nachtr. 241.

Halysis perfoliata *Zeder*: Naturg. 330.

Habitaculum. *Equus Caballus*: intestinum coecum et colon, rarius tenuia (*Abildgaard*, *Goeze* et pl. alii). M. C. V.

7. Taenia festiva *RUDOLPHI.*

Caput tetragonum retrorsum angustatum, acetabulis terminalibus in angulis apice conice elevatis. *Collum* nullum. *Articuli* supremi angusti rugaeformes, reliqui bacillares angulis acutis. *Aperturae* genitalium... Long. 8—10″; lat. 2—3‴.

Taenia festiva *Rudolphi*: Synops. 146. et 490. — *Bremser*: Icon. Tab. XIV. 7. — 10. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 593.

Habitaculum. *Macropus giganteus* (in Nova Hollandia genitus): ductus hepaticus et vesica fellea, hyeme (*Bremser*). M. C. V.

8. Taenia omphalodes *HERMANN.*

Caput tetragonum postice contractum, acetabulis terminalibus. *Collum* breviusculum. *Articuli* superiores brevissimi, reliqui subcuneati angulis acutis. *Aperturae* genitalium... Longit. 5—6″; latit. 1—2‴.

Taenia omphalodes *Hermann*: in Naturf. XIX. St. 34. Tab. II. 1. a.—d. — *Batsch*: Bandw. 270. — *Schrank*: Verz. 270. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 92. ej. Synops. 146. et 491. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 578.

Halysis omphalodes *Zeder*: Naturg. 371.

Habitaculum. *Lemmus arvalis* (*Hermann*); *L. amphibius*, aestate et autumno (*Bremser*); *L. terrestris* (*Mehlis*): in intestinis. M. C. V.

Confer. Taeniam murinam *Dujardin*.

9. Taenia diminuta *RUDOLPHI.*

Caput pyramidale oris limbo interdum prominulo, acetabulis anticis angularibus. *Collum* longum tenue. *Articuli* superiores brevissimi, reliqui subcuneati angulis obtusis. *Aperturae* genitalium... Longit. 6—9″; latit. 1‴.

Taenia diminuta *Rudolphi*: Synops. App. 689. *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 580.

Taenia Ratti *Rudolphi*: Synops. 170. — *Creplin*: Obs. de Entoz. 73.

Habitaculum. *Mus Rattus*, in Brasilia (*de Olfers*); *M. pyrrhorhynchus*, Majo, et *M. decumanus*, in Brasilia (*Natterer*); Vindobonae (*Bremser*): in intestinis. M. C. V.

10. Taenia fimbriata *DIESING.* *)

Caput obtuse tetragonum magnum, acetabulis hemisphaericis angularibus anticis. *Collum* nullum. *Corpus* antrorsum lanceolatum, articulis cuneatis brevissimis, superiorum margine postico integerrimo, subsequentium crenato, ultimorum utrinque fimbriato. *Aperturae* genitalium... Long. 6‴—6″; lat. 1—3‴.

Habitaculum. *Cervus rufus*, Februario et Decembri; *C. simplicicornis*, Julio; *C. Nambi*, Septembri, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis tenuibus. M. C. V.

11. Taenia litterata *BATSCH.*

Caput obconicum subtetragonum, acetabulis oblongis lateralibus anticis. *Collum* breve. *Articuli* supremi brevissimi, subsequentes longiores conici, ultimi elliptici. *Aperturae* genitalium marginales. Longit. ad 1′; latit. ad 1‴ et ultra.

Taenia cateniformis Vulpis *Borke* apud *Goeze*: Naturg. 310. Tab. XXII. A. 10. — 12. — *Schrank*: Verz. 34. — *Gmelin*: Syst. nat. 3067.
Taenia litterata *Batsch*: Bandw. 128. Fig. 36. — *Rudolphi*: Obs. I. 35. — Entoz. hist. III. 103. ej. Synops. 148. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 591.
Alyselminthus litteratus *Zeder*: Nachtrag 266.
Halysis litterata *Zeder*: Naturg. 351.

---

*) THYSANOSOMA *DIESING.*

Corpus continuum subcylindricum depressiusculum limbo terminali fimbriato, retrorsum sensim angustatum rotundatum, poro prominulo basilari.

1. Thysanosoma actinioides *DIESING.*

Longit. 1‴; latit. 2‴.

Thysanosoma actinioides *Diesing*: in Med. Jahrb. d. öst. Staat. n. Folge VII. 105. — 111. Tab. III. et anatom. — *Nordmann*: in *Lamark* Anim. s. vert. 2. édit. III. 591.

Habitaculum. *Cervus dichotomus*: in intestino coeco et recto, Octobri, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Nisi *Taeniae fimbriatae* articulorum ultimorum unicus solutus Entozoorum genus novum, sedis in systemate adhuc penitus dubiae.

Habitaculum. *Canis Vulpes*, Octobri (*Comes de Borke*, *Zeder*, *Rudolphi* et pl. alii); *C. aureus*, Decembri, Vindobonae (*Dies.*): in intestinis tenuibus. M. C. V.

12. Taenia neglecta *DIESING.*

Caput pyramidale, acetabulis angularibus suborbicularibus. *Collum* longum filiforme. *Articuli* supremi elongati, subsequentes cuneati margine postico incrassato subaequales, ultimi parum longiores. *Aperturae* genitalium... Long. 4—6"; latit. $\frac{1}{5}$'".

Taenia Soricis Cat. Entoz. Vindob. 39. — *Rudolphi*: Synops. 170.

Habitaculum. *Sorex araneus*, aestate; *S. constrictus*, aestate et autumno; *S. Doubentonii*, autumno (*Bremser*): in intestinis. M. C. V.

13. Taenia pusilla *GOEZE.*

Caput tetragonum exiguum apice rotundatum, acetabulis angularibus orbicularibus. *Collum* breve latitudine capitis. *Articuli* oblongi, sequentes subparabolici. *Aperturae* genitalium marginales vage alternae. Longit. 1—6"; latit. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}$'".

Taenia cucurbitina *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 47. ex parte.
Taenia pusilla *Goeze*: Naturg. 335. Tab. XXIII. 5. et 6. — *Batsch*: Bandw. 134. Fig. 58. — *Schrank*: Verz. 35. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 150. ej. Synops. 159. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helm. 580.
Taenia cateniformis n Glirium *Gmelin*: Syst. nat. 3067. — *Rudolphi*: Obs. I. 36.
Alyselminthus pusillus *Zeder*: Nachtrag. 282.
Halysis pusilla *Zeder*: Naturg. 347.

Habitaculum. *Mus Rattus* (*Goeze*); *Mus musculus* (*Zeder*, *Rudolphi*, *Bremser* et pl. alii); *M. sylvaticus* (*Dujardin*): in intestinis. M. C. V.

Confer. Taeniam microstomam *Dujardin.*

14. Taenia rugosa *DIESING.*

Caput tetragonum truncatum, acetabulis angularibus anticis oblongis. *Collum* longum. *Articuli* supremi brevissimi angusti angulis acutis, subsequentes dense plicati latissimi. *Aperturae* genitalium... Long. 1—$1\frac{1}{2}$'; latit. 5—6" et ultra.

Habitaculum. *Cebus hypexanthus*: in intestinis tenuibus, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

15. Taenia megastoma *DIESING.*

Caput obtuse tetragonum, oris limbo amplo calloso, acetabulis hemisphaericis angularibus anticis. *Collum* longum angustum. *Articuli* quadruplo latiores quam longi plani, ultimi tam longi quam lati depressiusculi. *Aperturae* genitalium marginales alternae. Longit. ad 2′; latit. $2\frac{1}{2}$‴; ultimi 1‴.

Habitaculum. *Cebus Caraya*, Majo, Julio et Augusto; *C. arachnoides*, Februario et Augusto; *C. cirrifer*, Septembri et Decembri; *C. Apella*, Septembri; *C. Belzebub*, Julio; *C. amictus*, Januario; *C. personatus*, Decembri. — *Jachus melanurus*, Novembri; *J. bicolor*, Majo et Septembri: intestina tenuia, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

16. Taenia angustata *RUDOLPHI.*

Caput obconicum tetragonum, acetabulis lateralibus anticis. *Collum* longum. *Articuli* supremi brevissimi, subsequentes subquadrati, reliqui oblongi inaequales. *Aperturae* genitalium... Longit. 7 — 10‴; latit. $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$‴.

Taenia angustata *Rudolphi*: Synops. 148. et 494. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 589.

Habitaculum. *Meles Taxus*: in intestinis, autumno (*Bremser*). M. C. V.

17. Taenia dendritica *GOEZE.*

Caput globosum acetabulis hemisphaericis anticis decussatim oppositis. *Collum* longiusculum. *Articuli* longissimi anguste oblongi. *Aperturae* genitalium alternae marginales. Long. 4 — 7′; latit. $\frac{2}{3}$‴.

Taenia dendritica *Goeze*: Naturg. 332. Tab. XXIII. 1. – 4. — *Schrank*: Verz. 35. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 104. ej. Synops. 148. et 493. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 592. Tab. XII. E. ovula).
Taenia floribunda *Batsch*: Bandw. 137. Tab. II. 60.
Taenia cateniformis ζ Sciuri *Gmelin*: Syst. nat. 3067.
Alyselminthus dendriticus *Zeder*: Nachtrag 268.
Halysis dendritica *Zeder*: Naturg. 350.

Habitaculum. *Sciurus vulgaris*, Januario (*Goeze*), vere (*Zeder*), Martio (*Treutler*), Decembri (*Nitzsch*), aestate et hyeme (*Bremser*), Rhedoni (*Dujardin*): in intestinis tenuibus. M. C. V.

18. Taenia tenuicollis *RUDOLPHI.*

Caput pyramidale, acetabulis magnis angularibus anticis. *Collum* elongatum tenue. *Articuli* supremi brevi obtusi subsequentes subcuneati, reliqui angustiores ac longiores. *Aperturae* genitalium alternae marginales tubulosae. Longit. 2—6″; latit. ad 2‴.

Taenia serrata ex parte *Goeze*: Naturg. 350. — *Batsch*: Bandw. 143. — *Schrank*: Verz. 36.
Taenia Mustelae *Gmelin*: System. nat. 3068. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 197.
Taenia Putorii *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 196.
Taenia pusilla *Goeze* ex parte: Nachtr. 336. — *Batsch*: Bandw. 240.
Halysis Putorii *Zeder*: Naturg. 372.
Halysis Mustelae *Zeder*: Naturg. 371.
Taenia tenuicollis *Rudolphi*: Synops. 159. et 517. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 558. Tab. XII. B. (ovula).

Habitaculum. *Mustela Putorius* (*Goeze*), aestate et autumno (*Bremser*); *M. vulgaris* (*Goeze*), omni anni tempore (*Bremser*): in intestinis. M. C. V.

19. Taenia lineata *GOEZE.*

Caput truncatum obtuse tetragonum, acetabulis angularibus ellipticis. *Collum* longum. *Articuli* cuneiformes subaequales, ultimi longiores. *Aperturae* genitalium. Longit. 8—12‴; latit. vix $\frac{1}{2}$‴.

Taenia lineata *Goeze*: Naturg. 352. Tab. XXV. A. 6.—10. (articuli). — *Batsch*: Bandw. 143. Fig. 68. et 69. (articuli). — *Schrank*: Verz. 36. — *Gmelin*: Syst. nat. 3068. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 194. ej. Synops. 169.
Halysis lineata *Zeder*: Naturg. 370.

Habitaculum. *Felis Catus ferus*, Februario (*Goeze*), hyeme et vere (*Bremser*): in intestinis tenuibus. M. C. V.

20. Taenia crassipora *RUDOLPHI.*

Caput tetragonum apice truncatum v. rotundatum, acetabulis angularibus oblongis limbo calloso. *Collum* breviusculum latitudine capitis. *Articuli* conformes breves, antrorsum angustati marginibus rotundatis. *Aperturae* genitalium... Longit. $1\frac{1}{2}$—5″; latit. $\frac{1}{2}$—1‴.

Taenia crassipora: *Rudolphi*: Synops. App. 697. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 590.

Habitaculum. *Nasua Narica*, Octobri. — *Mephitis Chinche*, Majo: in intestinis tenuibus, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

21. Taenia brevicollis *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum, oris limbo prominulo, acetabulis anticis. *Collum* breve teretiusculum. *Articuli* supremi inaequales, subsequentes subquadrati, ultimi elongati. *Aperturae* genitalium marginales vage alternae tubulosae. *Penes* lineares longi recurvati apice incrassati. Longit. ad 6″; latit. 1‴.

Taenia brevicollis *Rudolphi*: Synops. 159. et 516. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 590.

Habitaculum. *Mustela Erminea*, Junio, Berolini (*Gaede*); aestate et autumno (*Bremser*): in intestinis. M. C. V.

22. Taenia obtusata *RUDOLPHI.*

Caput subrotundum apice in conum protractum, acetabulis anticis. *Collum* breve. *Articuli* antrorsum angustissimi longi, subsequentes latiores obtusi. *Aperturae* genitalium alternae marginales, tumidae. Longit. 4‴ — 1″; latit. $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$‴.

Taenia pusilla *Goeze*: Naturg. 336. ex parte.
Taenia cateniformis n Glirium *Gmelin*: Syst. nat. 3067.
Halysis Vespertilionis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 198. — Vesp. auriti Synops. 169.
Taenia obtusata *Rudolphi*: Synops. 159. et 517. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 588.

Habitaculum. *Vespertilio murinus et auritus*, hyeme et vere (*Bremser*); *V. lasiurus*, Julio, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

23. Taenia perlata *GOEZE.*

Caput tetragonum, acetabulis ellipticis angularibus anticis. *Collum* longiusculum. *Articuli* supremi brevissimi obtusi, reliqui breviores v. longiores marginibus lateralibus convexis, cuneati et subcuneati. *Aperturae* genitalium unilaterales, ovariis noduliformibus. Longit. 1 — 3′; latit. $\frac{3}{4}$ — $1\frac{1}{2}$‴.

Taenia perlata *Goeze*: Naturg. 403. Tab. XXXII. B. 17.— 21. — *Borke*: ibid. 404. Tab. XXXII. B. 22. et 23. — *Batsch*: Bandw. 146. Fig.

73. — 75. — *Schrank*: Verz. 43. — *Gmelin*: Syst. nat. 3075. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 95. Synops. 146. — *Creplin*: Nov. obs. de Entoz. hist. 104. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 594.

Halysis perlata: *Zeder*: Naturg. 333.

Taenia margaritifera *Creplin*: Nov. obs. de Entoz. 108. — 112. et 133.

Habitaculum. *Falco Buteo*, Septembri (*Comes de Borke* et *Goeze*); *F. ater*, Junio, Gryphiae (*Schilling*); *F. naevius*, Junio; *F. cyaneus*, Junio et Octobri; *F. gallicus*, vere; *F. lanarius*, aestate et autumno (*Bremser*); *F. imperialis*, Majo (*Dies.*): in intestinis tenuibus. M. C. V.

24. Taenia globifera *BATSCH.*

Caput exiguum subglobosum apice depressum v. pyramidale, acetabulis angularibus subovalibus anticis tumidis. *Collum* brevissimum. *Articuli* primi brevissimi obtusi, sequentes subcuneati, reliqui subcampanulati sublagenaeformes et sublineares. *Aperturae* genitalium marginales vage alternae. Longit. ad 1'; latit. $\frac{1}{3}$ — 1'''.

Taenia cylindracea *Bloch*: Abhandl. 14. Tab. III. 5. — 7. (mala). — *Batsch*: Bandw. 191. Fig. 119. — 121. — *Schrank*: Verz. 51.

Taenia brachium globulosum *Goeze*: Naturg. 401. Tab. XXXII. A. 13. — 16. (mala).

Taenia globulosa *Schrank*: Verz. 43.

Taenia globifera *Batsch*: Bandw. 199. Fig. 134. — 136. — *Gmelin*: Syst. nat. 3074. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 145. — Synops. 158. et 514. — *Creplin*: Nov. obs. de Entoz. 112. et 126., et: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 189. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 594.

Halysis globifera *Zeder*: Naturg. 334.

Habitaculum. *Falco lanarius* (*Bloch* et *Bremser*); *F. Buteo* (*Bloch* et *Goeze*), Februario et Aprili Gryphiae (*Creplin*); *F. cyaneus* (*Bremser* et *Creplin*); *F. apivorus*, Junio (*Dies.*); *F. aeruginosus*, Junio; *F. albicilla*, Majo; *F. rufus*, *apivorus*, Majo, Gryphiae (*Creplin*); *F. pygargus* (*Dujardin*); *F. ater*, vere et aestate; *F. Lagopus*, vere et autumno; *F. lithofalco*, vario anni tempore; *F. pennatus*, aestate; *F. subbuteo*, vere; *F. Tinnunculus*, *cineraceus* et *peregrinus*, vario anni tempore: in intestinis. M. C. V.

25. Taenia Flagellum *GOEZE.*

Caput subglobosum, oris limbo prominulo, acetabulis orbicularibus anticis. *Collum* longissimum. *Corpus* antrorsum filiforme, postice subito increscens, articulis superioribus sub-

cuneatis, reliquis brevissimis. *Aperturae* genitalium... Longit. 2"; latit. $\frac{1}{2}$'''.

Taenia Flagellum *Goeze*: Naturg. 406. Tab. XXXII. B. 28.—31. — *Batsch*: Bandw. 170. Fig. 90. et 169. — *Schrank*: Verz. 44. — *Gmelin*: Syst. nat. 3075. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 157. ej. Synops. 161. et 520. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 595.
Halysis Flagellum *Zeder*: Naturg. 335.

Habitaculum. *Falco Milvus*: in intestinis (*Goeze*).

A Goezio solum visa, praecedentis speciei forsan mera varietas.

26. Taenia tenuis *CREPLIN.*

Caput subglobosum, acetabulis magnis lateralibus. *Collum* breviusculum. *Articuli* supremi rugaeformes, sequentes recti obtusi, tunc brevissimi subcuneati, reliqui breviores subcuneati obtusissimi. *Aperturae* genitalium... Longit. 5—6"; latit. postice $\frac{1}{4}$'''.

Taenia tenuis *Creplin*: Nov. obs. de Entoz. 96. — *Mehlis*: in Isis 1831. 194. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 595.

Habitaculum. *Falco Subbuteo*, Septembri, Gryphiae (*Creplin*): in intestinis tenuibus.

An species distincta?

27. Taenia leptosoma *DIESING.*

Caput subpyriforme obtuse tetragonum apice truncatum, acetabulis magnis orbicularibus anticis. *Collum* longiusculum angustissimum. *Articuli* superiores angusti, medii latissimi, subsequentes iterum angustati, omnes breves angulis obtusiusculis, ultimi parum longiores subcampanulati ovulis farcti interdum inflati. *Aperturae* genitalium... Longit. 3—6"; latit. 1—2".

Habitaculum. *Psittacus mitratus*, Septembri, et *P. garrulus*, Majo, Vindobonae (*Dies.*); *P. aestivus*, Septembri; *P. Aracanga* (*Natterer* coll. Nr. 790); Junio, Septembri, Octobri et Decembri; *P. xanthorques* (*Natterer* coll. Nr. 661), Octobri; *P. hyacinthinus*, Novembri; *P. purpureus*, Junio; *P. Iligeri*, Julio; *P. macrognathos*, Octobri; *P. Makuana* (*Natterer* coll. Nr. 621), Februario, Augusto, Septembri et Octobri, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis tenuibus. M. C. V.

28. Taenia cruciata *RUDOLPHI.*

Caput tetragonum, linea cruciata divisum, acetabulis magnis angularibus. *Collum* nullum. *Articuli* supremi breves, reliqui moniliformes. *Aperturae* genitalium. . Long. 6 — 15‴; latit. $\frac{1}{2}$ — 1‴.

Taenia cruciata *Rudolphi*: Synops. App. 690. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 601.

Habitaculum. *Picus lineatus*, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

29. Taenia longiceps *RUDOLPHI.*

Caput tetragonum obconicum, acetabulis anticis angularibus. *Collum* breve. *Articuli* supremi brevissimi, subsequentes cuneati longiores, reliqui oblongi inaequales. *Aperturae* genitalium... Longit. 8 — 18‴; latit. ad $1\frac{1}{2}$‴.

Taenia longiceps *Rudolphi*: Synops. App. 691. Tab. III. 21. (ovula). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 599.

Habitaculum. *Icterus cristatus*: intestina, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

30. Taenia nasuta *RUDOLPHI.*

Caput tetragonum apiculatum, acetabulis angularibus terminalibus. *Collum* longum. *Articuli* supremi brevissimi, reliqui infundibuliformes, varii. *Aperturae* genitalium... Long. 1 — $4\frac{1}{2}$‴; latit. $\frac{1}{2}$ — 1‴.

Alyselminthus Pari *Zeder*: Nachtrag. 284.
Halysis Pari *Zeder*: Naturg. 349.
Taenia nasuta *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 115. ej. Entoz. hist. III. 98. et Synops. 147. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helm. 568.

Habitaculum. *Parus major*, Martio (*Zeder*), Octobri, Gryphiae (*Rudolphi*), Rhedoni (*Dujardin*); *P. caudatus* ibidem (*Dujardin*); *P. coeruleus*, vario anni tempore; *P. ater*, hyeme; *P. cristatus*, vere; *P. palustris*, vere et autumno: in intestinis. M. C. V.

31. Taenia difformis *RUDOLPHI.*

Corpus elongatum depressum articulatum. *Collum* nullum. *Caput* maximum quadrangulare, angulis prominentibus cavis, bothriis quatuor, angularibus subterminalibus ellipticis, singulo

medio jugo transverso. *Os* terminale (?). *Aperturae* genitalium marginales. — In piscium Americae tropicae fluviatilium intestinis.

Capitis forma e bothriorum marginibus perfecte coalitis, apice solum hiantibus, orta.

1. Zygobothrium megacephalum *DIESING.*

Corpus retrorsum attenuatum, sulco longitudinali mediano, articulis supremis brevissimis, ultimis longioribus cuneatis, marginibus posticis erosis. Caput $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}'''$ latum, $\frac{1}{2}$—$2''$ crassum; longit. corp. $9'''$—$3''$, latit. $\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}'''$.

Habitaculum. *Phractocephalus hemiliopterus*: in intestinis, Augusto, Decembri et Januario, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

SECTIO IV. OCTOBOTHRIA. Bothria octo.

XXIX. OCTOBOTHRIUM *DIESING.*

Taenia *Fabricius.* — Halysis *Zeder.*

Corpus articulatum taeniaeforme. *Collum*... *Caput* tetragonum, bothriis octo per paria angularibus. *Rostellum* cylindricum terminale. *Os* in rostelli apice (?). *Aperturae* genitalium... — In piscium marinorum borealium intestinis.

1. Octobothrium rostellatum *DIESING.*

Corporis segmenta singula margine papillari reverso utrinque terminata. Longit. ad $6'$; latit. $4'''$.

Taenia Erythrini *Fabricius*: Fauna Groenl. 317. — *Batsch*: Bandw. 235.
Halysis octolobata *Zeder*: Naturg. 331.
Taenia octolobata *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 178., ej. Synops. 165. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 611.

Habitaculum. *Sebastes norvegicus*: in intestinis, in Groenlandia (*Fabricius*).

SUBTRIBUS III. ONCHOBOTHRIA *RUDOLPHI.*

Corpus taeniaeforme subcontinuum v. articulatum. *Caput* cum collo v. cum corpore continuum, bothriis 2—4, uncinis 4—8 dichotomis v. tricuspidatis.

XXX. TRIAENOPHORUS *RUDOLPHI.*

Cysticercus *Auct.* - Vesicaria et Hygroma *Schrank.* — Taenia *Pallas.* Tricuspidaria *Rudolphi.* — Rhytelminthus et Rhytis *Zeder.*

Corpus elongatum depressum continuum, interdum subarticulatum. *Caput* corpore continuum, bothriis duobus oppositis lateralibus capiti leviter impressis versatilibus, antice aculeis utrinque binis tricuspidatis armatis. *Os* terminale (?). *Genitalia* mascula marginalia vage alterna, margine tumido cincta, feminea lateralia in media corporis parte. — In piscium fluviatilium et marinorum organis variis folliculo inclusa, aut in intestinis libera.

1. Triaenophorus nodulosus *RUDOLPHI.*

Longit. 1″ — 2′; latit. $\frac{1}{2}$ — 2‴.

Rolandson *Martini*: in Vet. Acad. Handl. 1760. 306.
Hellenius: in Vet. Acad. Nya Handl. 1785. 180. Tab. VIII. 1. et 2.
Vesicaria ligulata *Schrank*: in Vet. Acad. Nya Handl. 1790. 134., ej. Bayer. Reise 137., ej. Fauna Boica III. 228. (Hygroma). — *Martini*: Gesch. d. Natur. X. 568.
Vesicaria tetragona *Schrank*: in Vet. Acad. Nya Handl. 1790. 124., ej. Bayer. Reise 133., ej. Fauna Boica III. 229. (Hygroma). — *Martini*: Gesch. der Natur. X. 568.
Vesicaria Lucii *Schrank*: Bayer. Reise. 136., ej. Fauna Boica. III. 229. (Hygroma).
Cysticercus ligulatus *Zeder*: Naturg. 417.
Cysticercus Lucii *Zeder*: Naturg. 414. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 241.
Cysticercus tetragonurus *Zeder*: Naturg. 416.
Cysticercus Gadi Lotae *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 237.
Cysticercus Percae: *Rudolphi*: Entoz. hist, III. 237.
Cysticercus Salvelini *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 238.
Cysticercus Salmonum *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 240.
Taenia rugosa *Pallas*: Dissert. de inf. viv. 37. pro parte.
Taenia piscium *Pallas*: Elench. Zoophyt. 413. pro parte.
Taenia nodulosa *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 90. pro parte Tab. III. 33. C. et I. 2. 63. — *Göeze*: Naturg. 418. Tab. XXXIV. 3. — 6. — *Batsch*: Bandw. 148. Fig. 76. — 79. — *Gmelin*: Syst. nat. 3072. — *Schrank*: Samml. Naturhist. Aufs. 324., ej. Fauna Boica III. 236.
Taenia Lucii *Müller*: Prodrom. n. 2655. et: in Naturf. XIV. St. 141.
Taenia tricuspidata intestinalis *Bloch*: in Beschäft. d. Berlin. naturf. Fr. IV. 451. Tab. XV. 1. — 5., ej. Abhandl. 19.
Taenia cystica *Bloch*: in Beschäft. d. Berlin. naturf. Fr. IV. 547.

Tricuspidaria nodulosa *Rudolphi*: Obs. I. 43. et in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 99. ej. Entoz. hist. III. 32. Tab. IX. 6. — 11. — *Nordmann*: in *Lamarck's* Anim. s. vert. 2. edit. III. 588.
Rhytelminthus Lucii *Zeder*: Nachtr. 217.
Rhytis Lucii *Zeder*: Naturg. 291. Tab. IV. 4.
Triaenophorus nodulosus *Rudolphi*: Synops. 135. et 467. — *Bremser*: Lebende Würm. 73., ej. Icon. Tab. XII. 4. — 16. — *Creplin*: Nov. Obs. 79. et: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 395. — *Mehlis*: in Isis 1831. 190. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 625.

Habitaculum. *Belone Acus*: in hepate, folliculo incl. (*Müller*). — *Hippocampus guttatus*: in intestinis, Majo, Armini (*Rudolphi*). — *Cottus Gobio*: in hepate (M. V.). — *Esox Lucius*: in hepate et mesenterio, folliculo incl., in intestinis libere, omni anni tempore (*Pallas*, *Rudolphi* et *Bremser*). — *Perca fluviatilis*: in hepate et mesenterio, folliculo incl. et in intestinis (*Bremser* et *Rudolphi*). — *Acerina vulgaris* (*Mehlis*). — *Gasterosteus aculeatus*: in hepate et mesenterio, folliculo incl. et in intestinis, Januario, Berolini (*Rudolphi*); *G. pungitius*: in hepate, Gryphiae (*Creplin*). — *Salmo Hucho* et *Fario*: in hepate et appendicibus pyloricis, hyeme et vere (*Bremser*); *S. Trutta*: in carne, libere, Decembri (*Dies.*). — *Thymallus vexillifer*: in hepate et appendicibus pyloricis (*Bremser*). M. C. V.

XXXI. ONCHOBOTHRIUM *RUDOLPHI*.

Taenia *Auct.* — Halysis *Zeder*. — Bothriocephalus (Onchobothrius) *Rudolphi*. — Petalocephalus *van Lith*.

Corpus articulatum, taeniaeforme. *Caput* collo discretum, bothriis quatuor oppositis, uncinis terminalibus 4—8 dichotomis armatis. *Os* terminale. *Aperturae* genitalium marginales. — In piscium marinorum intestinis.

1. Onchobothrium coronatum *RUDOLPHI*.

Caput conicum, collo teretiusculo v. depressiusculo longo, bothriis ovato-oblongis septis duobus transversis inaequaliter tripartitis, apice convergentibus, uncinis quatuor bis bifurcatis, singulis bothrium singulum coronantibus. *Articuli* superiores subquadrati, postici vix duplo longiores q. lati, ultimi elliptici, saepissime soluti. Penes marginales prominens. Longit. 3—8″ et ultra; latit. 1‴.

Taenia corollata *Abildgaard*: in Dansk. Selsk. Skrivt. I. 60. Vers. 55. Tab. V. 4. — *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 30. in nota.

Taenia Rajae Batis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 213. Tab. X. 7.—10. (mala).

Halysis corollata *Zeder*: Naturg. 330.

Bothriocephalus coronatus *Rudolphi*: Synops. 141. et 481. — *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XII. 89. — *Bremser*: Icon. Tab. XIV. 3. et 4. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 621.

Bothriocephalus bifurcatus *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 30. Tab. I. 3.

Petalocephalus coronatus *Van Lith de Jeude*: Rec. d. Fig. des vers intest. Tab. IV. 5. et 6.

Habitaculum. *Spinax niger* (*Abildgaard*). — *Scyllium Catulus*, Majo et Julio, Neapoli (*Rudolphi*), Augusto, in Dalmatia (*Kner*). — *Squatina Angelus* (M. V.). — *Acanthias vulgaris*: in Dalmatia (*Kner*). — *Raja Batis* (*Braun*); *R. clavata*, Rhedoni (*Dujardin*). — *Torpedo marmorata* et *oculata*, Aprili, Armini, Junio et Julio, Neapoli (*Rudolphi*). — *Trygon Pastinaca* (M.V.). — *Myliobatis noctula*, Augusto, in Dalmatia (*Kner*): in intestinis crassis. M. C. V.

Species inquirendae.

2. Onchobothrium uncinatum *RUDOLPHI.*

Caput quadrangulum magnum, collo brevissimo, bothriis transversim septatis, uncinis octo simpliciter dichotomis, per paria papillis quatuor terminalibus impositis. *Articuli* supremi rugaeformes, mox subquadranguli, ultimi campanulati. *Aperturae* genitalium... Longit. vix 7‴.

Bothriocephalus uncinatus *Rudolphi*: Synops. 142. et 483. — *Leuckart*: Zoolog. Bruchst. I. 65. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 621. Tab. XII. J.

Habitaculum. *Galeus Canis*, Majo, Armini (*Rudolphi*). — *Raja clavata*, Rhedoni (*Dujardin*): in intestinis crassis.

3. Onchobothrium verticillatum *RUDOLPHI.*

Caput exiguum tetragonum, corpore continuum, bothriis uncinis dichotomis armatis. *Corpus* antrorsum filiforme, retrorsum increscens, articulorum margine postico fimbriato. *Aperturae* genitalium. Longit. 3—4″; latit. $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$‴.

Bothriocephalus verticillatus *Rudolphi* Synops. 142. et 484. — *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 56. Tab. II. 41. fragm. — *Nitzsch*: in *Ersch et Grub*. Encycl. XII. 99. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 621.

Habitaculum. *Galeus Canis*, Majo, Armini (*Rudolphi*). — *Mustelus vulgaris*, Panormi; fragmenta acephala (*Grohmann*): in intestinis crassis. M. C. V.

Bothriocephalidea genere dubia.

1. Bothriocephalus Squali glauci *RUDOLPHI.*

Rudolphi: Synops. 143.

Habitaculum. *Prionodon glaucus*: in intestinis.

Fragmentum acephalum in collect. M. C. V. servatur.

2. Bothriocephalus Lophii *RUDOLPHI.*

Rudolphi: Synops. 143. — *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 57.

Habitaculum. *Lophius piscatorius*: in intestinis.

Fragmentum acephalum in coll. M. C. V. prostat.

3. Bothriocephalus Gadi Rediani *RUDOLPHI.*

Redi: Anim. viv. 164. Vers. 344. Tab. XXI. 5.
Bothriocephalus Gadi Merlucii *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 67.
Bothriocephalus Gadi Rediani *Rudolphi*: Synops. 143.

Habitaculum. *Morrhua minuta*: in intestinis (*Redi*).

Ad *Dibothrium punctatum* forsan pertinet.

4. Bothriocephalus Gadi barbati *RUDOLPHI.*

Taenia Scorpii *Fabricius*: Fauna Groenl. 319.
Bothriocephalus Gadi barbati *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 68., ej. Syn. 143.

Habitaculum. *Morrhua barbata*: in intestinis, in Groenlandia (*Fabricius*).

Cum *Dibothrio punctato* forsan identicus.

5. Bothriocephalus Gadi Morrhuae et
6. Bothriocephalus Gadi Callariae *RUDOLPHI.*

Taenia tetragonoceps *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 88.
Bothriocephalus Gadi Morhuae *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 69., ej. Synops. 143.
Bothriocephalus Gadi Callariae *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 69., ej. Synops. 143.

Habitaculum. *Gadus Morrhua* et *G. Callarius* (*Pallas*).

Utraeque species ab illust. *Pallas* ad Bothriocephalum (Dibothrium) proboscideum relatae; an jure, quod dubitandum.

7. Bothriocephalus Cepolae *RUDOLPHI.*

Rudolphi: Synops. 144. — *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 57.

Habitaculum. *Cepola rubescens*: in intestinis.

Fragmentum acephalum prostat in M. C. V.

8. Bothriocephalus Barbatulae *RUDOLPHI.*

Rudolphi: Synops. 144. — *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 57.

Habitaculum. *Cobitis Barbatula*: in intestinis.

Fragmenta acephala servantur in M. C. V.

9. Bothriocephalus Eriocis *RUDOLPHI.*

Taenia tetragonoceps *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 88.
Bothriocephalus Eriocis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 69., ej. Synops. 144.

Habitaculum. *Salmo Eriox* (*Pallas*).

Conferendum cum sp. n. 5. et 6.

10. Bothriocephalus Carpionis *RUDOLPHI.*

Taenia (Salmonis carpionis) *Fabricius*: Fauna Groenl. 319. n. 299.
Bothriocephalus Carpionis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 69., ej. Syn. 144.

Habitaculum. *Salmo Carpio*: in intestinis, in Groenlandia (*Fabricius*).

Numne *Dibothrium punctatum*?

11. Bothriocephalus Salmonis Umblae *KÖLLIKER.*

Kölliker: in *Müller's* Arch. 1843. 91.—99. Tab. VII. 42.—55. (de evolut.)

Habitaculum. *Salmo Umbla*: in duodeno (*Kölliker*).

12. Bothriocephalus bicolor *BARTELS.*

Caput oblongum teres violaceum, bothriis quatuor (?) angustis oblongis, proboscidibus quatuor terminalibus armatis. *Collum* teres vaginatum. *Corpus* depressum, postice rotundatum, brevissime articulatum, albo-flavum. Longit. $1\frac{1}{2}$ – 2‴; latit. 2‴.

Bothriocephalus bicolor *Bartels*: *Nordmann's* Micrograph. Beitr. I. 99. Tab. VII. 6. – 10.
Rhynchobothrius bicolor *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 546.

Habitaculum. *Pelamys Sarda*: in intestino duodeno (*Peters*).

Rhynchobothriorum genus forsan proprium.

SUBORDO II. PROCTUCHA *D.*

Bothria capitis quatuor uniserialia. Tractus intestinalis simplex ano stipatus.

TRIBUS I. TAXOBOTHRIA *DIESING.*

Entozoa trematoda *Rudolphi* ex parte. — Acanthotheca *Diesing.*

Animalia solitaria, alia mascula, alia feminea ovipara. *Corpus* elongatum depressum v. teretiusculum, laeve v. transverse annulato-plicatum, annulis integris, v. fimbriatis. *Caput* corpore continuum, ore antico, utrinque bothriis duobus angustis rimaeformibus uniserialibus, hamulum simplicem v. compositum retractilem vaginantibus. *Penis* filiformis simplex infra os. *Apertura* feminea in apice caudali. *Tractus* intestinalis simplex, hinc ore illinc ano terminatus. *Systema* vasorum. *Stigmata* respiratoria in corporis superficie. *Ganglion* cerebrale et fila duo nervea. — In mammalium, amphibiorum et piscium, praeprimis Americae tropicae, organis variis, excepto tractu intestinali, folliculo inclusa v. libera.

XXXII. PENTASTOMUM *RUDOLPHI.*

Taenia *Chabert.* — Linguatula *Frölich.* — Distoma et Porocephalus *Humboldt.* — Tetragulus *Bosc.* — Echinorhynchus *Braun.* — Halysis *Zeder.* — Prionoderma *Cuvier.* — Polystoma et Pentastoma *Rudolphi.* — Monostomum *Numan.*

Character tribus simul generis unici.

I. *Corpus laeve v. annulato-plicatum, annulis integris.*

a. Hamuli simplices.

† Corpus depressiusculum.

1. Pentastomum taenioides *RUDOLPHI.*

Corpus lanceolatum retrorsum attenuatum rectum, apice caudali emarginatum, ventre planiusculum, dorso convexiusculum, annulato-plicatum, marginibus crenatum. *Caput* an-

gustatum rotundatum. *Os* subquadratum inter bothria arcuatim disposita situm. *Penis* papillaeformis. Long. maris 8‴; corpus antice 1‴; postice $\frac{1}{5}$‴ latum: longit. feminae 3″ et 8‴; lat. corp. antice $3\frac{1}{2}$; postice $\frac{1}{2}$‴. Caput basi 3‴ latum.

Ténia lanceole *Chabert*: Malad. verm. 2. édit. 39. — 41.

Taenia rhinaria *Pilger*: Handb. d. Veter. Wissensch. II. 1284. 85. — *Greve*: Krankheit. d. Hausth. I. 184.

Polystoma taenioides *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 441. Tab. XII. 8.—12., ej. Bemerk. auf einer Reise d. Deutschl. II. 23. 41.

Prionoderma lanceolata *Cuvier*: Règn. anim. IV. 35.

Linguatula taenioides *Lamarck*: Anim. s. vert. III. 174. — *Cuvier*: Règn. anim. 2. édit. III. 254. — *Owen*: in Transact. of the zool. soc. of London. I. 325. Tab. XLI. 10—16. (anatom.) — *Rymer Jones*: A general autline of the animal kingdom and manual of comparat. anatomy. 99.

Linguatula lanceolata *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 532.

Pentastoma taenioides *Rudolphi*: Synops. 133. 432. et 577. — *Bremser*: Icon. Tab. X. 14.—16. — *Gurlt*: Pathol. Anatom. I. 376. Tab. X. 5.—7. — *Wiegmann* et *Ruthe*: Handb. d. Zool. 577. 2. Aufl. 609. — *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 16. Tab. III. 1.—5. et Tab. II. 1. 2. 14.—18. et 20. (anatom.) — *Miram*: in Nov. Act. Nat. Cur. XVII. 635.—646. Tab. XLVI. 1.—14. (anatom.) — *Valentin*: Repert. 1837. II. 135. (physiol.) — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1838. II. 298. — *Rhind*: in Edinb. Journ. of nat. and geogr. sc. I. 29. Tab. II. 1.—5. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 303.

Habitaculum. *Equus Caballus*: in sinu frontali (*Chabert*); *E. Mulus* (*Greve*). — *Canis familiaris*: ibid. (*Rudolphi*), Martio Vilnae non raro (*Miram*), Parisiis (*Dujardin*): in larynge (*Colin*); *C. Lupus*: ibid. autumno (*Bremser*), Martio et Junio (*Miram*). — *Capra Aries*: ibid. (*Rhind*). M. C. V.

Confer notam ad *Pentastomum Settenii*.

2. Pentastomum recurvatum *DIESING*.

Corpus lanceolatum retrorsum attenuatum recurvatum, apice caudali emarginatum, ventre planiusculum, dorso convexiusculum, annulato-plicatum, marginibus crenatum. *Caput* truncatum. *Os* ellipticum inter bothria arcuatim disposita situm. Longit. feminae 8‴—$1\frac{1}{2}$″.

Habitaculum. *Felis Onca*: in sinu frontali et trachea, Septembri, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

3. Pentastomum subtriquetrum *DIESING.*

Corpus subtriquetrum, ventre planiusculo subelliptico v. ovato-oblongo, transverse costato-plicatum, marginibus crenatum, lateribus dorsalibus convexiusculis. *Caput* truncatum. *Os* orbiculare inter costas utrinque quatuor oblique verticales, bothria arcuatim disposita limitantes, medio situm. Longit. feminae: 10‴; latit. 3‴.

Pentastoma proboscideum *Bremser* non *Rudolphi*: Icon. Tab. X. 19.—21.
Pentastoma subtriquetrum *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 17. Tab. III. 6. — 8. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 306.

Habitaculum. *Champsa sclerops*: in fauce, Octobri, Vindobonae (*Dies.*); *C. nigra*: ibid. Junio, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

†† Corpus teretiusculum.

4. Pentastomum subcylindricum *DIESING.*

Corpus subcylindricum, retrorsum gracillescens, obtusum, annulato-plicatum. *Caput* rotundatum. *Os* orbiculare inter bothria in lineam rectam disposita situm. Longit. femin. 5—7‴; crass. 1‴.

Pentastoma subcylindricum *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 21. Tab. III. 24. — 36. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 305.

Habitaculum. *Jachus chrysopygus*: ad superficiem pulmonum et hepatis, Martio. — *Didelphys murina*: in cavo pectoris et abdominis libere, Octobri; *D. Philander*: ad superficiem hepatis et intestinorum, capsula inclusum. — *Procyon cancrivorus*: ad hepatis et diaphragmatis superficiem, Augusto. — *Dasypus Peba*: in cavo abdominis libere, Novembri. — *Mus pyrrhorhynchus*: ad hepar, Junio. — *Hesperomys fuliginosus*: in cavo pectoris et abdominis, Aprili. — *Phyllostoma discolor*: supra ventriculum, Januario, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

5. Pentastomum euryzonum *DIESING.*

Corpus cylindricum postice obtusum, annulato-plicatum, annulis latissimis paucis ad 20, postice subito evanescentibus. *Caput* rotundatum. *Os* orbiculare inter bothria in lineam rectam disposita situm. Longit. ad 6‴; crass. ad $\frac{4}{5}$‴.

Linguatula Diesingii *Van Beneden*: in l'Instit. 1848. Nr. 751. 161. et: in Mémoires de l'Académie de Bruxelles XV. I. 209. — 210., anat.

et evol. var. loc. 188.—208. Tab. I. 1.—3. 3.—7. 10.—12. 19. et 21. et: Extrait in Annal. d. sc. nat. 3. sér. XI. Tab. X.

Habitaculum. *Simia Maimon*: ad peritoneum, capsula inclusum, Bruxellae (*Van Beneden*).

Speciei praecedenti valde affinis.

6. Pentastomum proboscideum *RUDOLPHI.*

Corpus subclavatum retrorsum sensim attenuatum, obtusum, annulato-plicatum, plicis interdum evanescentibus. *Caput* rotundatum. *Os* orbiculare protractile, inter bothria subarcuatim disposita situm. *Penis* papillaeformis, cute externa in formam praeputii cinctus. Longit. maris (corp. subrecto) 8‴—1′ et 3‴; crass. antice 1—1½‴; postice ½—1‴. — Longit. fem. (corp. incurvato) 2—3‴; crass. antice 2—2½‴; postice 1½—2‴.

Echinorhynchus Crotali *Humboldt*: Ansicht d. Natur. 1. Aufl. 162.
Distoma Crotali *Humboldt*: ibid. 227. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 433.
Porocephalus Crotali *Humboldt*: Recueil d'Observ. de Zool. etc. Fasc. V. et VI. Nr. XIII. 298. — 304. Tab. XXVI.
Polystoma proboscideum *Rudolphi*: in Magaz. d. Berlin. Gesellsch. naturf. Fr. VI. 106.
Pentastoma proboscideum *Rudolphi*: Synops. 124. et 434. — *Humboldt*: Ansicht. d. Natur. 2. Aufl. II. 6. et 73.; 3. Aufl. II. 8. et 75. — *Bremser*: Icon. Tab. X. 22. — 24. — *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. Tab. I. 1.—24.; Tab. II. 3. — 13. et 19. (anatom.) Tab. III. 37.—41. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 307. — Variet. *Lamare-Piquot*: Réponse sur mon mém. concern. les Ophidiens. Paris 1835. 50. et 51. D.
Linguatula proboscidea *Van Beneden*: in l'Instit. 1838. Nr. 751. 161. et 162. (anatom.) et: in Mémoires de l'Académie de Bruxelles. XV. 1. 188. — 221. anat. et evol. var. loc. Tab. I. 8. 9. 12. — 18. et 20. et: Extrait in Annal. d. sc. nat. 3. sér. XI. Tab. X.

Habitaculum. *Urocrotalon catesbyanum*: in pulmonibus, in America centrali (*Humboldt*). — *Boa Constrictor*: in pulmonibus, Bruxellae (*Van Beneden*); in Brasilia, Novembri (*Natterer*). — *Bothrops Jararaca*: in pulmonibus et cavo abdominis, Decembri. — *Crotalus horridus*: ibid. Julio. — *Eunectes Scytale*: in pulmonibus, Octobri. — *Ophis Merremii*: ibid. — *Spilotes pullatus*: in pulmonibus, Septembri. — *Podinema Teguixin*: in cavo abdominis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Var. coarctatum. Caput basi coarctatum subhemisphaericum, subtus planiusculum, corpus annulato-plicatum v. laeve.

Habitaculum. *Coluber Lichtensteinii*, in Brasilia (*Natterer*); *C. Korros*, in India orientali (*Lamare-Piquot*): in pulmonibus. M. C. V.

7. Pentastomum moniliforme *DIESING.*

Corpus clavatum postice attenuatum, extremitate caudali acuminata, moniliforme constrictum. *Caput* rotundatum. *Os* orbiculare inter bothria arcuatim disposita situm. Longit. fem. $1\frac{1}{2}''$ et $4'''$; crass. antice. $2'''$; postice ult. $1'''$.

Pentastoma moniliforme *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 22. Tab. IV. 11. — 13. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 308.

Habitaculum. *Asterophis Tigris*: in pulmonibus, Octobri, Vindobonae (*Czermak*). M. C. V.

8. Pentastomum oxycephalum *DIESING.*

Corpus subclavatum retrorsum attenuatum obtusatum, annulato-plicatum, annulis linearibus. *Caput* complanatum antrorsum acuminatum, apice truncatum. *Os* oblongum inter bothria in formam coni truncati disposita situm. Long. fem. $5—8'''$; crass. antice $1'''$; postice $\frac{1}{2}'''$.

Pentastoma proboscideum Crocodili scloropis *Rudolphi*: Syn. App. 687.
Pentastoma oxycephalum *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 20. Tab. III. 16. — 23. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 306.

Habitaculum. *Champsa sclerops*: in pulmonibus et bronchiis, Novembri, Martio, Majo et Augusto, in Brasilia (*Natterer*); ibid. Octobri. — *Crocodilus acutus*, Julio, Vindobonae (*Diesing*). M. C. V.

9. Pentastomum megastomum *DIESING.*

Corpus clavatum retrorsum attenuatum acuminatum, annulato-plicatum, annulis linearibus. *Caput* rotundatum antice fornicatum. *Os* orbiculare maximum inter bothria arcuatim disposita situm. Longit. fem. $5'''$; crass. antice $1'''$; postice $\frac{1}{3}'''$.

Pentastomum megastomum *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 23. Tab. IV. 14. — 18. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 306.

Habitaculum. *Phrynops Geoffroana*: in pulmonibus (*A. F. Schweigger*). M. C. V.

β. Hamuli geminati.

10. Pentastomum gracile *DIESING.*

Corpus subcylindricum annulato-plicatum. *Caput* clavatum. *Os* suborbiculare inter bothria in formam coni apice truncati disposita situm, hamulis subaequalibus. Longit. feminae 2—12‴; crass. antice $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$‴; postice $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}$‴.

Pentastoma gracile *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 23. Tab. IV. 19.—23. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 307.

Habitaculum. In Piscibus: *Acara crassispinus*: extus ad intestina, Septembri. — *Bagrus pernecus*: ad intestinorum superficiem, Octobri; *B. mesops*: ad superficiem intestinorum, ventriculi et mesenterii, capsula inclusum. — *Macrodon Trachira*: ad intestinorum superficiem in capsula, Septembri. — *Salminus brevidens*: ad superficiem intestinorum et vesicae natatoriae, capsula inclusum, in intestinorum adipe libere, Novembri. — *Tetragonopterus argenteus*: ad intestinorum superficiem, Novembri. — *Pygocentrus Piraya*: ad superficiem intestinorum, capsula inclusum, Novembri, inter musculos, Majo et Novembri. — *Raphiodon vulpinus*: superficiei intestinorum adhaerens, Octobri. — *Pimelodus megacephalus*: ad intestina, capsula inclusum, Octobri; *P. Vituga*: ad intestina, Januario; *P. Pirarampus*: ad intestina et inter tunicas ventriculi, capsula inclusum. — *Phractocephalus hemiliopterus*: inter tunicas ventriculi, capsula inclusum, Decembri. — *Platystoma tigrinum*: extus ad intestina, mesenterium, hepar et in carne, capsula inclusum, Decembri; *P. platyrhynchus*, ad superficiem ovarii, Januario. — *Pellona Castelnaeana*: extus ad intestina, capsula inclusum, Junio. — *Synbranchus marmoratus*: ad superficiem hepatis et intestinorum, Januario, inter tunicas intestinorum, capsula inclusum, Augusto. — *Gymnotus electricus*: ad superficiem ventriculi ac mesenterii, capsula inclusum, Novembri. — *Carapus brachiurus*: extus ad intestina, capsula inclusum, Januario; *C.* sp. *M. V. N.* 70: in cavo abdominis, capsula inclusum, Octobri. — *Sternarchus albifrons*: extus ad intestina, capsula inclusum, Majo. — *Taeniura Motoro*: inter tunicas ventriculi, capsula inclusum, Decembri. — In Amphibiis: *Podinema Teguixin*: extus ad ventriculum et pulmones, capsula inclusum, Aprili. — *P. Natterei*: ad mesenterium, inter tunicas ventriculi et musculos costales, Novembri. — *Pseudorys plicatilis*: ad superficiem ventriculi, intestinorum, hepatis et mesenterii, capsula inclusum, Aprili. —

Helicops Tschudii: in mesenterio, Decembri. — *Elaps lemniscatus* et *Bothrops Jararaca*: ad intestinorum superficiem, capsula inclusum, Aprili. — *Eunectes Scytale*: extus ad ventriculum, inter tunicas ventriculi, ad mesenterium, capsula inclusum, Januario. — *Cloelia fasciata*: ad ventriculi superficiem, capsula inclusum, Augusto. — In aves translatum: *Ardea Cocoi*: in ventriculo, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

11. Pentastomum bifurcatum *DIESING.*

Corpus subfusiforme retrorsum attenuatum, extremitate caudali bifurcatum, annulato-plicatum, annulis linearibus. *Caput* obtuse triangulare depressiusculum. *Os* ovale margine lato calloso apice truncato, inter bothria obtuse triloba in formam coni truncati disposita situm, hamulis inaequalibus. Long. fem. 9—13‴; crass. antice ultra 1‴; postice $\frac{1}{2}$‴.

Pentastoma furcocercum *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 26. Tab. IV. 24. — 32. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 308.

Habitaculum. *Coluber Lichtensteinii*: in cavo abdominis pone pulmones, Octobri; *C. flaviventris*: ad mesenterium, Martio. — *Amphisbaena flavescens*: in pulmonibus, Aprili. — *Boa Constrictor*: in pulmonibus, Junio, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Femina cauda sua bifurcata, in aliis emarginata, marem multo minorem et graciliorem sub coitu probabiliter excipit.

II. *Corpus annulato-plicatum, annulis fimbriatis.*

12. Pentastomum denticulatum *RUDOLPHI.*

Corpus obovato-elongatum retrorsum attenuatum, apice caudali interdum emarginatum, ventre nunc planum, nunc concavum, dorso convexiusculum, transversim annulato-plicatum, annulis fimbriatis s. denticulatis. *Caput* rotundatum. *Os* ellipticum inter bothria arcuatim disposita situm. Longit. feminae 2—$2\frac{1}{2}$‴; latit. antice $\frac{1}{2}$; postice $\frac{1}{3}$‴.

Taenia caprina *Abildgaard*: in Zool. Dan. III. 52. Tab. CX. 4. et 5. — *Gmelin*: Syst. nat. 3069.

Halysis caprina *Zeder*: Naturg. 372.

Echinorhynchus Caprae *Braun*: in litt. ad Rudolphium c. icone.

Polystoma denticulatum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 447. Tab. XII. 7.

Tetragulus Caviae *Bosc*: in Nouv. Bullet. de la soc. Philom. Nr. 44. 269. Tab. II. 1. — *Kaufmann*: Analecta ad tuberculorum et entozoorum cognit. Diss. inaug. Berolini 1847. 21. — 30. Tab. II. 1.—11.

Linguatula denticulata *Lamarck*: Anim. s. vert. 2. édit. III. 147.

Pentastoma denticulatum *Rudolphi*: Synops. 124. — *Bremser*: Icon. Tab. X. 8. et 9. — *Wiegmann* et *Ruthe*: Handb. d. Zool. 577. — *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 18. Tab. III. 9.—13. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 304.

Pentastoma emarginatum *Rudolphi*: Synops. 124. et 433. et: in Horis Berolin. 12. et 13.

Pentastoma Fera *Creplin*: Nov. Obs. 76.

Habitaculum. *Capra Hircus*: ad hepatis superficiem (*Abildgaard*), in glandulis meseraicis degeneratis (*Gurlt*); *C. americana*: ad hepar (*Flormann*). — *Cavia Aperea* var. β. *Porcellus*: in pulmonibus (*Gallois*, *Dujardin* et *Kaufmann*). — *Bos Taurus*, Vindobonae (*Hermann*). — *Felis Catus*: in hepatis tuberculo (*Creplin*). — *Hystrix cristata*: ad pulmonum superficiem (*Otto*). — *Dicotyle torquatus*: in ventriculum translatum, Octobri, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Hamuli simplices a Rudolphio (in hor. berolin. 12.), gemini a Creplinio et Kaufmannio, trigemini a Mehlisio et Nordmannio observati.

12. Pentastomum serratum *RUDOLPHI.*

Corpus subellipticum planum annulis fimbriatis v. denticulatis. *Caput* rotundatum. *Os* orbiculare inter bothria arcuatim disposita situm. Long. fem. 2‴; latit. antice $\frac{3}{4}$‴; postice $\frac{1}{2}$‴.

Linguatula serrata *Frölich*: in Naturf. XXIV. St. 148. Tab. IV. 14. et 15. et XXV. St. 101.

Polystoma serratum *Zeder*: Nachtr. 203., ej. Naturg. 230. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 449.

Pentastoma serratum *Rudolphi*: Synops. 124. — *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. I. Tab. III. 14. et 15. (copia). — *Miram*: in Bullet. de la soc. Imp. des natural. de Moscou 1840. 159. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 305.

Habitaculum. *Lepus timidus*: in pulmonibus (*Frölich*). — *Mus Rattus*: in cavo pectoris et abdominis, Octobri, Vilnae (*Miram*).

Species a praecedente vix diversa.

Similis spec. 12. et 13. articulorum forma in *Taenia fimbriata* et *Onchobothrio verticillato* pariter occurrit.

Species inquirendae.

14. Pentastomum Settenii *DIESING.*

Corpus depressiusculum articulatum, articulis supremis quam subsequentibus longioribus et latioribus. *Caput* obtusum

(retractum infundibuliforme), ore centrali, punctis brunneis corneis obsessum. Longit. 13‴; latit. 2‴.

Monostomum Settenii *Numan*: in *Hooven* et *Vrise* Tydschrift vor Nat. Geschied. en Physiol. VII. 358. Tab. X. 1. — 4. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1842. 1. 299.

Habitaculum. *Equus Caballus*: in oculi camera anteriore, individuum solitarium, Ultrajecti (*Van Setten*).

Pentastomum taenioides fuisse haud dubitarem.

15. Pentastomum Geckonis *DUJARDIN.*

Corpus fusiforme retrorsum attenuatum, apice caudali bifidum. *Caput* subtriangulare, hamulis simplicibus inaequalibus. Longit. 6—7‴; crass. ad $\frac{3}{5}$‴.

Pentastome du Gecko de Siam *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 309.

Habitaculum. *Gecko* (*siamensis*): in pulmonibus. Mus. Paris.

Cephalocotylea subordine v. genere penitus dubia.

1. Trachelocampylus *FRÉDAULT.*

Frédault: in Gazette médic. de Paris 1847. 24. Avr. et: in *Schleiden's* et *Froriep's* Notiz. 1847. 3. Reihe, II. Band. 310.

Habitaculum. *Homo*: in cerebro (*Frédault*).

2. Cephalocotyleum Delphini Delphidis *RUDOLPHI.*

Redi: Anim. viv. 193. 195. 199. Vers. 284. 288. 294.
Rudolphi: Entoz. hist. III. 265. ej. Synops. 186.

Habitaculum. *Delphinus Delphis*: in visceribus et intestinis, hydatidibus inclusa (*Redi*).

3. Ceph. Mygales moschatae *RUDOLPHI.*

Longit. 3—12‴; latit.

Fasciola intestinalis *Güldenstedt*: in Beschäft. d. Berlin. naturf. Fr. III. 115.
Ligula Soricis moschatae *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 24.
Dubium Mygales moschatae *Rudolphi*: Synops. 186.

Habitaculum. *Mygale moschata*: sub cute (*Güldenstedt*).

4. Ceph. Falconis *RUDOLPHI.*

Longit. 2—3″; latit. $1\frac{1}{2}'''$.

Rudolphi: Synops. 187. et 556.

Habitaculum. *Falconis* sp. inc.: in abdomine circa renes et ovaria (*Tilesius*).

5. Ceph. Strigis accipitrinae *RUDOLPHI.*

Longit. 4″; latit. 1‴.

Rudolphi: Synops. 187. et 556.

Habitaculum. *Strix accipitrina*: sub pelle hypochondriorum (*Nitzsch*).

6. Ceph. Lanii pomerani *RUDOLPHI.*

Longit. 5‴; latit. $\frac{1}{3}'''$.

Rudolphi: Synops. 187. et 557.

Habitaculum. *Lanius rufus*: in abdomine. M. C. V.

7. Ceph. Ardeae coeruleae *RUDOLPHI.*

Longit. ad 9‴; latit. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}'''$.

Rudolphi: Synops. 711.

Habitaculum. *Ardea caerulea*: sub pelle et inter musculos colli et thoracis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Nr. 3.—7. ad *Ligulam* et forsan *reptantem* pertinere videntur.

8. Ceph. Colymbi septentrionalis *RUDOLPHI.*

Corpus depressum aequale postice obtusiusculum, apice truncatum, papillis plurimis fasciculatis fimbriatum. Long. ad 1″; latit. $\frac{1}{6}'''$.

Rudolphi: Entoz. hist. III. 266., ej. Synops. 188.

Habitaculum. *Colymbus septentrionalis*: in ventriculo, Augusto, Gryphiae (*Rudolphi*).

9. Ceph. Cypseli affinis *SUNDEWALL.*

Sundewall: in Isis 1842. 96.

Habitaculum. *Cypselus affinis*: in intestinis (*Sundewall*).

10. Ceph. Torpedinis *RUDOLPHI.*

Longit. $\frac{1}{2}'$.

Kaempfer: Amoenit. Exot. 511. — *Rudolphi*: Synops. 190.

Habitaculum. *Torpedo marmorata*?: in intestinis, in sinu persico (*Kaempfer*).

Num *Bothriocephalus*?

11. Ceph. Rajarum Aquilae et **Pastinacae** *RUD.*

Redi: Anim. viv. 200. Vers. 296.
Rudolphi: Entoz. hist. III. 271., ej. Synops. 190.

Habitaculum. *Myliobatis Aquila* et *Trygon Pastinaca*: in intestinis (*Redi*).

12. Ceph. Squali Squatinae *RUDOLPHI.*

Redi: Anim. viv. 200. Vers. 294.
Rudolphi: Entoz. hist. III. 271., ej. Synops. 190.

Habitaculum. *Squalus Squatina*: in intestinis (*Redi*).

Nr. 11. et 12. probabiliter *Tetrabothrii auriculati* articuli ultimi maturi ac soluti, facile pro *Monostomatibus* habendi.

13. Ceph. Squali Musteli *RUDOLPHI.*

Redi: Anim. viv. 165. — Vers. 246. Tab. XXI. 1.—4.
Ascaris Squali *Gmelin*: Syst. nat. 3037.
Fusaria Squali *Zeder*: Naturg. 124.
Dubium Squali Musteli *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 272. et 379., ej. Synops. 191.

Habitaculum. *Mustelus vulgaris*: in hepate (*Redi*).

A cel. *Rudolphio* Cestoideis, ab aliis Nematoideis adnumeratur.

14. Ceph. Squali *RUDOLPHI.*

Longit. $1\frac{1}{2}''$; latit. $\frac{1}{2}'''$.

Daldorf: in Dansk. Selsk. Skrivt. II. 2. 159. excerpt. ex adversariis.
Dubium Squali *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 272., ej. Synops. 191.

Habitaculum. *Squali* sp.: in corde (*Daldorf*).

Forsan *Tetrarhynchus*.

15. Ceph. Muraenae Congri *RUDOLPHI.*

Redi: Anim. viv. 156. — Vers. 232. Tab. XVIII. 4. (tubercula nec vermes).
Dubium Muraenae Congri *Rudolphi*: Entoz. hist. 275, ej. Synops. 192.

Habitaculum. *Conger vulgaris*: ad organa varia, in vesiculis (*Redi*).

Forsan *Anthocephali* foetus.

16. Ceph. Pleuronectis Soleae *RUDOLPHI.*

Corpus depressum continuum. *Caput* subglobosum, contractum exiguum. Longit. ad 1".

Dubium Pleuronectis Soleae *Rudolphi*: Synops. 194. et 564.

Habitaculum. *Solea vulgaris*: in intestinis, Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

17. Ceph. Triglae Nr. 19. *RUDOLPHI.*

Rudolphi: Synops. 713.

Habitaculum. *Prionotus punctatus*: in abdomine, intestinis et ovariis adhaerens, in Brasilia (*Natterer*) M. C. V.

Forsan *Tetrabothriorhynchi* sporocystis.

18. Ceph. Esocis Lucii *RUDOLPHI.*

Corpus depressiusculum oblongum antice latissimum et crassissimum, postice obtusum. *Collum* cylindricum contractum. *Caput* infundibuliforme apice truncatum, leviter excavatum. Longit. $1\frac{1}{2}$—3".

Taenia truncata *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 105. Tab. III. 34. — *Batsch*: Bandw. 213. Fig. 171. — *Gmelin*: Syst. nat. 3072. (sub T. nodulosa.)
Echinorhynchus *Zeder*: Naturg. 291.
Dubium Esocis Lucii *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 281., ej. Synops. 196.

Habitaculum. *Esox Lucius*: in pyloro (*Pallas*).

Vermis forsan e pisce depasto residuus in pyloro haerens.

19. Cysticercus Sepiolae *DELLE CHIAJE.*

Corpore gregatim vesiculoso, rostello tereti elongato.

Cysticercus Sepiolae *Delle Chiaje*: Mem. degli anim. s. verteb. IV. 54. et 61.

Habitaculum. *Sepiola Rondeletti*; ad branchia, Neapoli (*Delle Chiaje*).

Cysticercum fuisse valde dubito; forsan typus generis proprii.

ADDENDA.

AD ORD. I. PROTHELMINTHA.

Nova genera et species, suo loco inserenda, * praefixo sunt signata.

Pag. 15. 2. **Bacterium Enchelys**, adde *Eichwald*: in Bulletin des Naturalistes de Moscou. XVII. 499. — *Weisse*: in Bulletin Physico-Mathémat. de l'Acad. Imp. des Scienc. de St. Petersbourg. VI. 355.

Habitaculum. In infusione cum pane, Petropoli (*Eichwald*); in aqua stagnante, Majo (*Weisse*).

» 15. 3. **Bacterium Punctum**, adde *Eichwald* l. c. XVII. 498.

Habitaculum. In aqua et aceto vini diu servatis Petropoli (*Eichwald*).

» 16. 4. **Bacterium Termo**, adde *Pineau*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. III, 183. — 185. Tab. IV. bis Fig. 8. — 10. (evolut.) et in *Frorieps* N. Notiz. XXXV. 3. — 5. Fig. 17. — 19.

Habitaculum. In infusione artificiali cum carne vitulina, Parisiis (*Pineau*).

» 16. 1. **Vibrio Lineola**, adde *Weisse* l. c. III. 20. V. 47. — *Eichwald* l. c. XVII. 499.

Habitaculum. Petropoli, in aquis stagnantibus Aprili (*Weisse* et *Eichwald*); in urina humana morbo depravata (*Seidlitz*).

» 17. 2. **Vibrio tremulans**, adde *Weisse* l. c. III. 335. — *Eichwald* l. c. XVII. 499. XX. 19. XXI. 82.

Habitaculum. In aqua nivali, Martio, Petropoli (*Weisse*). — Petropoli, in aqua fluviatili prope Schlock ac marina prope Hapsal, Julio et Augusto (*Eichwald*).

» 17. 4. **Vibrio Rugula**, adde *Weisse* l. c. III. 20. — *Eichwald* l. c. XVII. 500.

Habitaculum. Petropoli (*Weisse* et *Eichwald*).

Pag. 18. 5. **Vibrio prolifer**, adde *Eichwald* l. c. XX. 19. — *Weisse* l. c. V. 43.

Habitaculum. In aqua stagnante prope Kaugern, Julio (*Eichwald*); Petropoli, in puteo (*Weisse*).

„ 18. 6. **Vibrio Bacillus**, adde *Weisse* l. c. III. 335. cum Fig. xylograph. V. 47.

Habitaculum. In infusione artificiali cum Salvia, Aprili, Petropoli (*Weisse*).

„ 19. 1. **Spirochaeta plicatilis**, adde *Weisse* l. c. III 335.

Habitaculum. In infusione artificiali, Petropoli (*Weisse*).

„ 20. 1. **Spirillum tenue** adde *Weisse* l. c. III. 335. — *Eichwald*: l. c. XVII. 501.

Habitaculum. In infusione artificiali, Petropoli (*Weisse*); in aqua diu domi servata (*Eichwald*).

„ 20. 2. **Spirillum Undula**, adde *Weisse* l. c. III. 20. V. 47. — *Eichwald*: l. c. XVII. 500.

Habitaculum. In aqua, prope Tschornaja Retschka, Petropoli, Aprili (*Weisse* et *Eichwald*).

„ 21. 3. **Spirillum volutans**, adde *Weisse* l. c. III. 20. V. 47. — *Eichwald* l. c. XVII. 500. XX. 19.

Habitaculum. Petropoli, Aprili (*Weisse* et *Eichwald*).

„ 21. 1. **Spirodiscus fulvus**, adde *Eichwald* l. c. XVII. 501.?

Habitaculum. In piscinis, Petropoli (*Eichwald*); in aqua stagnante prope Mitaviam, Julio (*Eichwald*).

„ 21. 2. * **Spirodiscus cochlearis** *EICHWALD.*

Syntherium cochleariforme spiris distantibus, hyalinum, corpusculis obsoletis. Longit. synth. $\frac{1}{100}$''.

Spirodiscus cochlearis *Eichwald* l. c. XX. 19. Tab. VIII. Fig. 4. (Spirodiscus viridis 83.)

Habitaculum. In fossis Mitaviae, Julio (*Eichwald*).

Pag. 21. **V.* SYRINGOGYRA *WEISSE.***

Spirulina *Turpin*?

Corpus (syntherium?) nudum, loricatum, haud mutabile, cylindricum, transverse striatum. *Lorica* (synoecesium?) terebraeforme.

1. Syringogyra viridis *WEISSE.*

Corpus album hyalinum. *Lorica* 5, 7 — 13spiralis, laetè viridis. Longit.....

Spirulina oscillarioides *Turpin*?: in Dict. d'hist. nat. 1828.
Syringogyra viridis *Weisse* l. c. III. 20. cum Fig. xylograph. et IV. 142. Tab. II. Fig. 15. — *Eichwald* l. c. XVII. 501.

Habitaculum. Petropoli, in aquis stagnantibus raro (*Weisse*).

» 22. **1. Monas** *(Eumonas)* **crepusculum**, adde *Eichwald* l. c. XVII. 481. XX. 11.

Habitaculum. Petropoli et Kaugern, in infusione, Julio (*Eichwald*).

» 23. **2. Monas** *(Eumonas)* **ochracea**, adde *Eichwald* l. c. XXI. 74.

Habitaculum. In aqua salsa, Julio et Augusto, Revaliae (*Eichwald*).

» 24. **3. Monas** *(Eumonas)* **Enchelys**, adde *Weisse* l. c. III. 19. — *Eichwald* l. c. XVII. 484.

Habitaculum. In aqua stagnante, Petropoli (*Weisse* et *Eichwald*).

» 25. **10. Monas** *(Eumonas)* **hyalina**, adde *Weisse* l. c. III. 19. V. 47. — *Eichwald* l. c. XVII. 484.

Habitaculum. Petropoli (*Weisse* et *Eichwald*).

» 25. **11. Monas** *(Eumonas)* **gliscens**, adde *Weisse* l. c. III. 334. — *Eichwald* l. c. XVII. 481. XX. 10.

Habitaculum. In infusione artificiali cum Salvia, Aprili; in aqua stagnante Nevae, Majo, Petropoli (*Weisse*); stagnante dulci prope Kaugern, Julio (*Eichwald*).

Pag. 25. 12. **Monas** *(Eumonas)* **ovalis**, adde *Eichwald* l. c. XX. 11.

Habitaculum. In aqua stagnante Mitaviae. Julio (*Eichwald*).

» 25. 13. **Monas** *(Eumonas)* **Mica**, adde *Eichwald* l. c. XVII. 485. XX. 10. XXI. 73.

Habitaculum. In aqua martiali horti Kusohlew-Besborodko; dulci pura prope Kaugern, Julio (*Eichwald*).

» 26. 14. **Monas** *(Eumonas)* **cylindrica**, adde *Eichwald* l. c. XXI. 74.

Habitaculum. In aquis stagnantibus, Revaliae, Julio et Augusto (*Eichwald*).

» 26. 15. **Monas** *(Eumonas)* **deses**, adde *Eichwald* l. c. XX. 10.

Habitaculum. In infusione, Kaugern, Julio (*Eichwald*).

» 26. 16. **Monas** *(Eumonas)* **socialis**, adde *Weisse* l. c. III. 334. V. 47. — *Eichwald* l. c. XX. 10.

Habitaculum. In infusione artificiali, Petropoli (*Weisse*); in aqua stagnante dulci, solitarie prope Kaugern, Julio (*Eichwald*).

» 27. 17. **Monas** *(Eumonas)* **flavicans**, adde *Eichwald* l. c. XX. 11.

Habitaculum. In aqua marina prope Kaugern, Julio (*Eichwald*).

» 27. 18. **Monas** *(Eumonas)* **simplex**, adde *Weisse* l. c. III. 334.

Habitaculum. In infusione artificiali, Petropoli (*Weisse*).

» 28. 20. **Monas** *(Eumonas)* **scintillans**, adde *Weisse* l. c. III. 19. — *Eichwald* l. c. XVII. 485.

Habitaculum. In aqua servata, Petropoli (*Weisse* et *Eichwald*).

» 28. 21. **Monas** *(Mastichemonas)* **Termo**, adde *Weisse* l. c. III. 19. V. 47. — *Eichwald* l. c. XVII. 483. XX. 10.

Habitaculum. Petropoli, in aqua Nevae (*Weisse* et *Eichwald*); marina prope Kaugern, nec non dulci et subsalsa, Revaliae, Julio et Augusto (*Eichwald*).

Pag. 29. 29. **Monas** (*Mastichemonas*) **Guttula**, adde *Weisse* l. c. III. 19. V. 47. — *Eichwald* l. c. XVII. 481. XX. 11. XXI. 73.

Habitaculum. In aqua stagnante, Petropoli (*Weisse* et *Eichwald*); prope Mitaviam et Revaliam, Julio et Augusto (*Eichwald*).

» 29. 32. **Monas** (*Mastichemonas*) **vivipara**, adde *Eichwald* l. c. XVII. 283.

Habitaculum. Petropoli in piscina horti Jussupowiani (*Eichwald*).

» 32. 40. **Monas** (*Mastichemonas*) **grandis**, adde *Eichwald* l. c. XX. 11.

Habitaculum. In aqua stagnante, Mitaviae, Julio (*Eichwald*).

» 32. 37. **Monas Lens**, adde *Pineau*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. III. 185. Tab. IV. bis Fig. 11. — 13. (evolut.) et in *Frorieps* N. Notiz. XXXV. 4. — 5. Fig. 19. 66.

Habitaculum. In infusione artificiali, Parisiis (*Pineau*).

» 33. 41. **Monas** (*Mastichemonas*) **Okenii**, adde *Eichwald* l. c. XVII. 704. XX. 11. Tab. VIII. Fig. 1. a—f.

Habitaculum. Petropoli, Septembri; prope Schlock in aqua limosa, Julio (*Eichwald*).

» 34. 44. **Monas** (*Heteromita*) **ovata** *DIESING.*
Bodo grandis *Weisse* l. c. III. 334. — *Eichwald* l. c. XVII. 489.

Habitaculum. In infusione artificiali cum Salvia (*Weisse*); in aquis stagnantibus, Petropoli (*Eichw.*).

» 35. 1. **Doxococcus Globulus**, adde *Eichwald* l. c. XX. 14. Tab. VIII. Fig. 2. XXI. 77. (in nota ad Chilomonas volvox). — *Weisse* l. c. V. 111. Fig. 1. — 3.

Habitaculum. In infusione, Julio, prope Kaugern; in aqua stagnante Revaliae, Julio et Augusto (*Eichwald*); inter Lemnas, Petropoli (*Weisse*).

» 36. 3. **Doxococcus Pulviculus**, adde *Weisse* l. c. III. 19. — *Eichwald* l. c. XVII. 487. XX. 13.

Habitaculum. Petropoli (*Weisse* et *Eichwald*); prope Kaugern, Julio (*Eichwald*).

Pag. 36. **4. Doxococcus inaequalis**, adde *Eichwald* l. c. XX. 14. XXI. 75.

Habitaculum. Inter Confervas aquarum dulcium prope Schlock; in aqua salsa Revaliae, Julio et Augusto (*Eichwald*).

» 36. **1. Uvella** (*Euuvella*) **virescens**, adde var. flavescens *Eichwald* l. c. XVII. 486. XX. 13. XXI. 74.

Habitaculum. In aqua stagnante Petropoli, Mitaviae et prope Kaugern; in aqua subsalsa Revaliae, Julio et Augusto (*Eichwald*).

» 37. **2. Uvella** (*Euuvella*) **Chamaemorum**, adde *Eichwald* l. c. XXI. 75.

Habitaculum. In aqua stagnante Revaliae, Julio et Augusto (*Eichwald*).

» 37. **3. Uvella** (*Euuvella*) **Atomus**, adde *Weisse* l. c. III. 19. V. 47. — *Eichwald* l. c. XVII. 486.

Habitaculum. In piscina horti Jussopowiani, Petropoli, Aprili (*Weisse* et *Eichwald*).

» 38. **4. Uvella** (*Euuvella*) **Bodo**, adde *Weisse* l. c. III. 19. — *Eichwal l* l. c. XVII. 485. XXI. 74.

Habitaculum. Petropoli (*Weisse* et *Eichwald*); in piscinis inter Confervas solitarie, prope Revaliam, Julio et Augusto (*Eichwald*).

» 38. **5. Uvella** (*Monomastix*) **Uva**, adde *Weisse* l. c. III. 19. — *Eichwald* l. c. XVII. 485. XX. 13.

Habitaculum. Petropoli (*Weisse* et *Eichwald*); prope Schlock, Julio (*Eichwald*).

» 39. **6. Uvella** (*Dimastix*) **Glaucoma**, adde *Eichwald* l. c. XVII. 486. XX. 13. — *Weisse* l. c. V. 40. et 47.

Habitaculum. Petropoli in piscinis, prope Mitaviam, Julio (*Eichwald*). — In infusione panis biscocti cum aqua Nevae (*Weisse*).

» 40. **1. Polytoma Uvella**, adde *Weisse* l. c. III. 19. — *Eichwald* l. c. XVII. 487.

Habitaculum. In aqua servata, Petropoli (*Weisse* et *Eichwald*).

Pag. 40. 1. **Chilomonas** (*Euchilomonas*) **Paramecium**, adde *Eichwald* l. c. XVII. 488. XX. 14. XXI. 77. Tab. IV. Fig. 2.? — *Weisse* l. c. VI. 354.

Habitaculum. In aqua fluviatili prope Kaugern; in aqua stagnante et salsa (?) Revaliae, Julio et Augusto (*Eichwald*). — Petropoli, Majo et Julio (*Weisse* et *Eichwald*).

» 41. 2. **Chilomonas** (*Euchilomonas*) **Volvox**, adde *Eichwald* l. c. XXI. 77. — *Weisse* l. c. VII. 354.

Habitaculum. In aqua salsa prope Hapsal, Julio et Augusto (*Eichwald*). — Petropoli, Aprili (*Weisse*).

» 41. 3. **Chilomonas** (*Euchilomonas*) **destruens**, adde *Eichwald* l. c. XXI. 75. Tab. IV. Fig. a. — f. — *Weisse* l. c. VI. 107.

Habitaculum. In Conferva glomerata ex aqua salsa Revaliae, Julio et Augusto (*Eichwald*); in Brachiono amphicero mortuo, Junio, Petropoli (*Weisse*).

» 42. 1. **Anthophysa Müllerl** *BORY*.
Epistylis vegetans *Weisse* l. c. III. 21. et 343.

Habitaculum. Petropoli in aqua pura (*Weisse*).

» 43. 1. **Thaumas socialis** *EHRENBERG*.
Bodo socialis *Weisse* l. c. III. 334. V. 47. — *Eichwald* l. c. XXI. 79. Tab. IV. Fig. 4.?

Habitaculum. Petropoli, in infusione artificiali (*Weisse*); in aqua salsa (?) Revaliae, Julio et Augusto (*Eichwald*).

